

1718.

1. Engelbrecht, Christoph. Tua. Comitis : De causis impeditis
proclamis felicis successus tentacis in Germania
emendationis administrationis justitiae
2. Gochel, Dr. Michaelius : De iuribus praeorum imperio
majestatico.
- 3^a et Kressus, Dr. Paulus : Singulares observationes
circa processum, praeceps Remorse Imperialis
et judicii Thulici. 2 Sept. 1718 i^o 1746
4. Leyserus, Augustinus : De falsis, quae valyus ignorat.
5. Leyserus, Augustinus : De metatis
6. Leyserus, Augustinus : De morte absentis pro-
banda.
7. Leyserus, Augustinus : De iuribus praediorum
nobilitum impensis sacerdotiorum.
8. Leyserus, Polycarpus : De reformationis disciplinarum
necessitate.

J. Schmidtius, Aures: De morte probandi innocentiae
per eucharistiam secundam vnyare sed pestinum
Ich will das Abendmahl drafft nehmen . . .
10. Treuer, Gottl. Samuel: De compendiaria cruditione

1719

1. Engelbrecht, Christophorus Iamno Laurus: De genuinis
decisionum iuris fontibus in terris Brunsvico-Line-
burgensis.

2. Goebel, Joh.-Wilk: De hereditate jusque positione

3. Goebel, Joh. W. Goebel: De statu nobilatatis Germanicae
2 Exempl.

4. Kochius, Corn. Niel: De falso vndeiorum apud Mates.

5. Kochius, Dr. Paulus: De regalitate successiones con-
jugum. 3 Exempl. 1719, 1736, 1735

6. Leyserus, Augustinus: De reis Relicis ministrorum
principis.

7. Lysenus Polycarpus : Tincturatio de pectori medii
aeris barbarie, imprinus circa polos latiniam . . .
speciminius his . . . carninum editorum . . . corvata
zata . . . litoriae pectorum medii aeris praemissa

8. Melampus, Brandanus : De animali ad res hominum
sanitatem impotentia.

9.^a Weise, Fridericus : De perfectionibus ^{punctorum} superficiem

9.^b Weise, Fridericus : De perfectionibus linearum.

10. Weise, Fridericus : De perfectionibus superficiem.

7067. 1718, 72 8
Q. D. B. V.
DISSERTATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS
DE IVRIBVS PRAEDIORVM
NOBILIVM
IMPRIMIS
SAXONICORVM
AVSPICIIS DIVINI NVMINIS
DECRETO ET AVCTORITATE ILLVSTRIS
INALMA IULIA ICTORVM ORDINIS
PRAE S I D E
AVGVSTINO LEYSERO
IVRECONSVL TO ET IN GVELPHERBYTANO
TRIBVNALI ADSESSORE
ORDINIS SVI DECANO
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO VENERANDO
PRO SVMMIS IN VTRQVE IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS
IN IVLEO MAIORI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
AD D. X. AVG. QVI LAVENTIO IN FASTIS SACER EST,
ANNI MDCCLXIX.
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS
SVBMITTIT
IOANNES ADAMVS LAVENTIVS,
ADVOCAT. ORDIN. REGIMINIS SAXO-MERSEBURGICI
LVBENENSIS ET LIPSIENSIS.
HELMSTADII, TYPIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.

VIRIS PERILLVSTRIBVS
ET GENEROSISSIMIS
CHRISTOPH. DIETERICO
B O S E,

DYNASTAE IN FRANCLEBEN, SEERHAVSEN ET
DÖRSCHNIZ &c. ORDINIS IOANNITICI EQVITI, CON-
SILII IMPERIALIS AVLICI CONSILIARIO, AERARIO IMPE-
RII PER SAXONIAM PRAEFECTO, POTENTISSIMI POLO-
NIARVM REGIS ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONICI
CONSILIARIO INTIMO.

LVDOVICO ALEXANDRO
DE SEEBACH,

DYNASTAE IN GROS- ET KLEIN-FOHNERN
NEC NON GIRSTAEDT, &c. POTENTISSIMI POLONIA-
RVM REGIS ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONICI
CONSILIARIO INTIMO.

WOLFF DIETERICO BOSE,

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONICI, NEC NON DVCIS
SAXO - MERSEBURGICI INTIMO ET IN SVMMO PROVO-
CATIONVM SENATV CONSILIARIO ET IN SVPREMO
TRIBVNALI LIPSIENSI ADSESSORI

DOMINIS SVIS

LEVIDENSE HOC SCRIPTVM ATQVE SE IPSVM
CONSECRAT
IOANNES ADAMVS LAURENTIVS.

VIRI PERILLVSTRES,

POETIN HESIMI PEGNATU M-REGLIS
ET SPICULIS ET CORDIS ALMAM NEC TONUS DACT
GASO - MELISSA ETC. INTIMA IN SEVERO PROVO
CITIONUM SINGULIA CONSERVAT IN ARTEM
TRIBUNAM TITANIS ABSURDI

Virtus Vestra, Domini, & incre-
dibilis humanitas universo ter-
rarum orbi nota est. Celebrant
illam & venerantur boni omnes atque
hi imprimis, qui literis & artibus ope-
ram navant. Itaque & ego eadem, qua
alii

alii clientes Vestri sustinentur, spe fre-
tus, vestram Viri Perillustres, gratiam
implorare, Vobisque hoc, licet exiguum
monumentum ponere ac dicare au-
deo. Evidem haud diffiteor, indignum
id esse manibus vestris, quæ non nisi ar-
dua & magna regum principum quene-
gotia tractare consueverunt. Nolo re-
censere virtutes, quæ gentibus Bosianæ
& Seebachianæ sunt propriæ & ingeni-
tæ, quæve tot principum ac regum aulas
sui fama per tot secula jam impleverunt.
Loquantur, quibus interfuerunt illæ
fœdera, paces, quæ ad principis volun-
tatem & populi salutem perfecerunt.
Testentur arma, quibus patriam & olim
& nunc strenue defenderunt, tot tan-
tosque hostes prostraverunt. Provoco
ad Senatum sanctiorem, Appellatio-
num, curias provinciales, quæ consilio-
rum gravitatem, judicii acumen, & quæ

: (3

cetera

cetera utriusque genti debeant, satis collaudare nequeunt. Potuissent me hæc a proposito meo avocare. At enim vero quium sciam, Viris summis de salute reipublicæ sollicitis jucundum subinde fuisse, libros pulvere scholastico conspersos lectione sua dignari, Vos quoque Dissertationem meam de juribus prædiorum nobilium imprimis Saxonorum conscriptam non adspersnatur ovesse, confido. Accipite itaque illam tanquam monumentum piæ ac devotæ mentis benevole, atque utic cepistis, me meaque studia protegere pergit. Deum de cetero immortalem quanta possum animi religione veneror, ut sub ejus tutela diutissime vivatis, floreatis, patriamque communem consiliis optimis sustineatis. Valete. Helmstadii,
Kal. Septil. anni CICCI CCXIIII.

COLLEGIA
SVMMA

SVMMA

SVMMA DISSERTATIONIS CAPITA.

1. *Ratio instituti redditur.*
2. *Definitio pradii nobilis excusat.*
3. *Olim soli nobiles feudorum capaces erant.*
4. *Occasio, qua plebeji ad eadem pervenerint, ostenditur.*
5. *In Saxonia superiore plebeji seculo demum XIV. ad fenda nobilita^m admissa sunt.*
6. *Recensentur aliquot provincia, in quibus adhuc plebeji a fendi nobilibus
arcentur.*
7. *In iis principes collationem feudi in ignobilem a curia sua factam recte revocat,*
non obstante XXX. annorum possessione.
8. *Quousque principi earum provinciarum liceat, fenda in plebejos conferre,
investigatur.*
9. *Pradia nobilia distinguuntur in feudalia & allodialia.*
10. *Qualia in dubio presumantur, ostenditur.*
11. *Pradia nobilia altioribus muris vallari possunt,*
non tamen in fortalitia converti.
12. *Rustici in dubio non liberi sed ad operas pradio nobili praestandas obligati prae-*
sumuntur.
13. *Opera rusticorum stricte sunt interpretationis.*
14. *Rustici Saxonici tigna ad extruendum circa predium nobile murum neces-*
saria advehere,
15. *operas aditias in constructione domicilii nobilis & adfiscorum coharen-*
tium prestare,
16. *non tamen, si novum, quod olim non fuit, domicilium erigatur,*
17. *nec diebus festis & dominicis,*
18. *nec tigna, quae proprie haberi possunt, ex locis longinquioribus advehere,*
19. *tametsi aliquod inde in dominum emolumenntum redundet,*
20. *nec fundamentum stoffodere, nec cellas expurgare, nec ligna in ecclesia adves-*
tere debent.
21. *Debent vero excubias in pradio nobili servare,*
& ipsi, non per substitutum, servire.
22. *Possessor pradii nobilis in Saxonia rusticorum suorum liberos ad operas sibi*
vel, si orientur, pecuniam ab iis exigit.
23. *Opera indeterminata facile non prescribuntur.*
24. *Rustici alternative ad operas vel pecuniam obligati habent electionem.*
25. *Dominus tamen, qui sponie per longissimum tempus pro operis pecuniam*
recepit, mulare institutum & operas ipsas poscere potest.
26. *nisi prescriptio immemorialis obster.*
27. *Juri servitorum annexum est jus cogendi, der Dienstzwang/ quod non*
semper jurisdictionem requirit.

327

32. Immunitas a tributis olim omnibus pradiis nobilibus competit,
33. & in dubio adhuc hodie competit.
34. Potest tamen predium nobile per consuetudinem & prescriptionem tribue
35. quod duplice responso iuridico firmatur.
36. Pradia nobilita immunita sunt a metatis,
37. non ab oneribus communibus ejus universitatis, cujus membra sunt.
38. Immunitas a vedi libus quoniamque prediis nobilibus competit.
39. Privilegium prediorum nobilium Saxonorum circa venditionem lane.
40. Jus venandi jure divino & naturali liberum a principibus restringitur.
41. Venatio & bannus ferinus olim pertinencia prediorum nobilium fuit.
42. Venatio inferior adhuc hodie talis est, superioris vero adquisitio desiri
debet vel ex concessione principis,
43. vel ex prescriptione, eaque longi temporis, si cum privato lis sit,
44. immemoriali autem, si cum principe.
45. Aliquando diebus feriatis & intra prohibita tempora venari licet.
46. Pana jure Saxonico in fures ferarum statuta.
47. Jus patronatus magis possessori predii nobilis, quam episcopo & principi.
48. Jus patronatus in commercio non est. (competere presumitur)
49. Superintendens quodammodo cum patrono concurrevit.
50. Jurisdictionis patrimonialis origo male ad reliquias antiquae potestatis de-
minorum in servos referuntur.
51. Possessores prediorum nobilium statuta non condunt, nisi in Saxonia de-
re vestiaria.
52. Jus cerevisiam in usum domesticum coquendi regulariter omnes habent.
53. In Saxonia tanem rusticis id est ademptum & possessoribus bonorum nobilium
tanum relatum.
54. Nequenam possessores prediorum nobilium cerevisiam vendere,
55. nisi hoc jus vel ex concessione principis,
56. vel per prescriptionem adquiruerint.
57. Quo casis tamen, si ipsi ades coquenda cerevisia aptas non habeant, in alie-
nis adibus eam coquere nequeunt.
58. Exceptiar Saxonias, ubi eis hoc licet.
59. Scriptura antiqua in pradiis nobilibus custodite magnam fidem faciunt.
60. Jus sedendi & suffragium ferendi in consilio equestribus a possessore igne-
bili per nobilem potest exerceri.
61. Conclusio.

88 (O) 300



§. I.

Onus jam vertitur annus, ex quo Vitembergæ
jura equitum Saxonorum singulare sub eo-
dem, quem nunc habeo, præside &, quem
tunc habui, præceptore proposui. Promisi-
tum, jura prædiorum nobilium alio tempore
disquisitioni eruditorum submittere. Quod promissum
diutius differre nec volui nec potui. Exsequar id ergo in
præsens, viamque mihi hoc scripto patefaciam ad honores,
sine quibus mihi vix licuit hucusque in academia operam
studiosæ juventuti erudiendæ navare. Nec vitio mihi ver-
tetur, quod hanc potissimum academiam, in qua honores
fuscerem, elegi, non illam, in qua vixi hucusque. Indi-
gnum nempe putavi homine ingenuo, & quod majus est,
bonis artibus dedito, servitutem hanc subire, ut ad locum
certum se alligari patiatur. Libertas præcipuum hucusque
literatorum ornamentum fuit. Actum vero est de illa, si
permittimus, ut pestis, quæ hucusque opificum collegia
corrupt, etiam academias invadat, & monopolia dignita-
tum introducantur, atque jus docendi iis, qui in alio loco
honores adepti sunt, adimatur.

A

§. II.

2 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIJM

§. II.

Dissertationem meam de juribus prædiorum nobilium inscripsi. Singulas has voces explicare, quum ea nec du pondiis incognitæ sint, operæ pretium haud videtur. Igitur alii hoc relinquunt. Scire nunc sufficit, quodnam prædiūm nobile dicatur. Non conveniunt hic satis inter se DD. Varias eorum hac de re opiniones *Hertius de Feudo nobili* *scđt. 4. §. 3.* recenset, ipseque suam in §. 4. exponit. Plerique sic sentiunt: prædiūm seu feudum nobile esse, per cuius investituram nobilitas ejusque ipsi rei quodammodo inhærentia jura, secundum voluntatem & potestatem concedentis, conferuntur. Sic *Rosenthal de Feudis* cap. 2. concl. 2. n. 2. statuit atque inter omnes de eo convenire existimat. Rosenthalium *Struvius in Syntagm. juris feud.* c. 3. §. 8. & *Stryk in Exam. jur. feud.* c. 3. quest. 34. sequuntur. At, qui priscos Germaniæ nostræ mores paullo curatius inspiciunt, inventiunt facile, nunquam ejusmodi bona, quæ nobilitatem adnexam habuerint, & in possessorem suum transtulerint, exstissem. Difficile erit antiquitatum Germanicarum indagatoribus, ejus rei vestigium in veteribus monumentis reperire. Nobilitatis dignitas personæ semper ob merita vel sua vel majorum, nunquam ob possessionum qualitatem, indulta fuit. Itaque jam diu ante me viderunt ostenderun que *Hugo de Statu regionum Germaniae* c. 4. §. 24. & *Schiltetus ad rubr. juris Alem. feud.* §. 10. rem invertendam & definitionem prædiūm nobilis sic concipiendam esse, ut prædiūm nobile dicatur, quod more antiquo tantum à nobilibus, non à plebiis potuit possideri. Eadem nempe prædiorum nobilium ratio est, quæ capitulorum nobilium, deret adelichen Stiffter.

Stiffter. Hac nomen suum acceperunt ex eo, quod nobiles faltem admittant, non, quod nobilitatem conferrant.

§. III.

Sed digna res est, quæ copiosius aliquantulum explicetur. Eadem scilicet secundum pristinum jus feudale rerum apud nos facies fuit, qualis adhuc hodie in vicino Polonia regno conspicitur, ut nempe nobilibus solis feuda, qualia tunc si non omnia certe pleraque prædia nobilia erant, adquirere licet, plebeii vero ab iis penitus excluderentur. Sic compilatores juris feudalis Longobardici. *Feud. 10. Valvasini*, inquiunt, *id est*, minores valvasores antiquo quidem usu consuetudinem feudi nullam habebant. Qui vero ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter a capitaneis seu valvasoribus adquisierint, plebeji nihilominus sunt. Clarius adhuc *jus Feud. Saxon. c. 2.* Pfaffen und Frauen/ Bauren und Kauffleute und alle rechtlose/ und die nicht von Ritters- Art vom Vater und vom Eltern Vater gehohren seynd/ die sollen Lehen-Rechts darben. Welcher Herr aber dieser einem ein Guth zu Lehen leihet / von dem haben sie wohl Lehen-Recht an dem Guth/ sie erben es aber nicht an ihre Kinder. Consentit fere *jus feud. alem. c. 1.*

§. IV.

Diu res in hoc statu mansit, ut plebeji feudorum & prædiorum nobilium incapaces haberentur. Tandem vero ad ea admissi sunt. Originem ejus rei optime describit *Ant. Dadinus Alteserra de Origine & statu feudorum pro moribus Gallie cap. 10. Ruente*, inquiens, *evo feudis obrepserunt*

4 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILUM

etiam plebeji & municipales. Hanc labem feudis maxime arcēsierunt varie Francorum in Syriam expeditiones, quarum caſduces, comites & alii milites feuda & ditiones diſtribere coacti ea in plebejos alienarunt, ut facilius emtorem invenirent, idque suadentibus edictis Romanorum Pontificum ejus. exi, qui nibil non tentarunt belli sacri promovendi ſtudio & conniventia etiam noſtrorum principum: quo ſpectat epiftola Eugenii III. apud Othonem Frisingensem in lib. I. geſt. Frider. c. 35. Liceat eis etiam terras, ſive ceteras paſſiones suas, poſquam commoniti propinquai ſive Domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodeare aut noluerint aut non valuerint, eccleſis vel personis ecclieſiaſticis, vel aliis quoque fidelibus libere ſine ulla reclama- tione impignorare. Non dubito hæc, tametsi Alteſerra de Gallis tantum loquatur, ad Germanos etiam, quorum non minor fuit in ſacris iſtis expeditionibus fervor, extendere. Alia occasio, qua plebeji prædiorum nobilium poſſeffores effecti ſunt, a Burckhardo, monacho S. Galli, lib. de Caſibus Mo- naſteri S. Galli in Alamannia c. 8. narratur. Miniftri nempe ecclieſiarum & villici monaſteriorum prædia ecclieſiaſtica in- vadebant atque ſe ea in modum beneficiorum habere con- tendebant, & contra conſuetudinem more nobilium gladio cingebantur.

§. V.

Saxones tamen quam diutiflime juſ priscum, ut plebejos à poſſeffione feudorum & prædiorum nobilium excluderent, retinuſſe videtur. Tandem an. c. 13 cccl. oppida Thuringia & Misnia per interceſſionem Landgravorum Marchionum que fuorum à Carolo IV. Imperatore privilegium tale obti- nuerunt, ut civibus ipsorum feuda nobilia adquirere liceret.

Exhibit

MOLTI IMPRIMIS SAXONICORVM.

Exhibet insigne hoc & maxime memorabile privilegium explicatque Schilterus in *Comm. ad rubr. jur. feud. Alem.* §. 19. & 20. Atque ex hoc tempore etiam in Saxonia, quemadmodum jam ante in reliqua Germania, promiscua inter nobilis & plebejos esse ceperunt feuda atque prædia equestria. Neque potuerunt deinde, et si sære annisi sint, reducere jus priscum equites Saxonici. Proposuerunt quidem hanc rem subinde in comitiis provincialibus, petieruntque, ut feuda ignobilibus jam collata iis quidem relinquenterunt, ulterior tamen feudorum in eos alienatio lege publica interdicetur. Sed adhuc id perficere non potuerunt. Schilterus quidem, ne quid dissimulem, in dicto *Comment.* §. 18. alienationem feudorum in ignobiles lege provinciali in electoratu Saxonico prohibitam fuisse, dicit memoratque Recessum provincialem de 17 April. anni 1666. Mihi iste Recessus in præsens ad manus non est. Id tamen certo scio, prohibitionem hanc, si modo in memorato Recessu habetur, usu non servari.

§. VI.

Sunt tamen etiam nunc aliquæ provinciæ, in quibus lege publica aut consuetudine ignobiles a possessione feudorum & prædiorum nobilium arcentur. De Lusatia superiore jam in *Dissert. de Equitum Saxonicerum juribus singulibus* §. 9. dixi. De Silesia Schulzius in *Synop. jur. feud. cap. 3 n. 86.* Moribus, ait, totius fere Germanie plebeji nobilium feudâ, adeliche oder Ritter-Lehen, & contra nobiles plebeja feuda comparare possunt. Quamvis prius in Silesia, maxime Ducatu Suidnicensi & Tauravieni, regulariter non concedatur. Quinimo in ducatu Glogoviensi, teste Henelio in *Silesiographia*

6 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIJUM

pbia cap. 8. §. 132. Vladislai regis constitutio extat, qua equitibus prædia & feuda sua alienare permittitur quidem, prohibetur tamen simul, ne ea in clericum, civem vel alium, qui ab utroque parente generis nobilis non sit, transferantur. In Pomerania hodie constitutum esse, ut nobiles saltem feudi sint capaces, *Tornovius de Feudis Meclenburgicis* *P. 1. cap. 2. sect. 2. §. 24. ex conel. Pomeran. tit. 2. concl. 2. memorat*, ibidemque testatur, equites Meclenburgicos, ut idem privilegium consequerentur, nequidquam laborasse. Extat quoque in Marchia Brandenburgensi lex superiore seculo lata, ne feuda nobilia agricolis aliisque infimae plebis hominibus, *Acker und andern schlechten Leuten* / conferantur.

§. VII.

Quæstionem hic movebo aliquando, ut ex præside meo accepi, magna in foro contentione agitatam, possitne principes, cuius curia feudalium plebejum contra legem provincialem de feudo nobili investitivit, investituram talem revocare. Evidem multa pro sustinenda tali investitura affiri posse videntur, imprimis, quod curia feudalium ipsam personam principis repræsentet, atque adeo princeps sine dignitatis sui imminutione gesta ejus rescindere nequeat, deinde, quod curia feudalium mandatum cum libera in negotiis feudalibus a domino accepisse censetur. Ego tamen nihilominus, posse principem investituram hujusmodi revocare, puto, idque ex generalibus juris naturæ & civilis regulis, quæ ex facto procuratoris & ministri illegitimo dominum non obligant. Neque obstat, quod curia feudalium principem repræsentat. Nam & legatus principem repræsentat.

sentat, Atque tamen, si is mandati sui limites excedit aut contra leges peccat, princeps facta ejus rata habere non cogitur. Mandatum vero, quod curia hujusmodi feudalis a principe suo accepit, adeo liberum non est, sed potius ad leges & jura communia alligatum. Vide Strykium de obligatione principis ex facto ministri cap. 2. n. 33. Amplexi etiam sunt hanc sententiam Icti Helmstadienses & item Berolini agitamat sic deciderunt mense Iunio anni 1500 CCXIX, quod ex subjectis rationibus, a Praeside mecum communicatis, apparebit: Es bleibt Klägern das letzte Argument übrig/ daß nemlich die Lehn-Canzelley vor sich nicht befugt gewesen/ der Beklagten Vater / als einen Alter- oder doch schlechten Mann/ mit einem adelichen Guthe zu belehnen. Zwar scheinet es etwas hart zu seyn/ daß Beklagte/ welche sich auf die auctorität dieses vornehmen Königlichen Collegii verlassen/ folglich nebst ihren Vater in bona fide gewesen/ viele Jahre in rubigen Besitz gestanden / die Belehnungen richtig ausgewürcket / und alle praestanda prästiret / nunmehr einem andern weichen und das Guth abtreten sollen. Allein / da Seine Königl. Maj. sich sattsam erklärt/ daß sie diese von Dero Lehen-Canzelley wiederrechtlich geschehene Belehnung nicht genehm halten wollen ; So müssen Beklagte sich dem Willen Sr: Königl. Maj. unterwerffen / und Klägern/ denen hochgedachte Seine Majestät dero Recht überlassen/ das Guth gegen Empfahung desser/ was sie und ihr Vater darauf verwendet/ abtreten.

§. IX.

Alla autem in eadem causa nata est quæstio , annon
tustici,

8 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILium

rustici, quibus prædiorum nobilium adquisitionem lex interdit, si tamen de tali prædio investiantur, illudque per 30 annos possideant, præscriptionem obtendere atque per hanc repellere actorem possint. Non parum eos juvare videtur textus 2. F. 23. §. Si quis per triginta annos, in quo is, qui per 30 annos rem aliquam ut feudum possedit & servitium domino exhibuit, quamvis de ea re non sit investitus, præscriptione tamen xxx annorum se tueri posse dicitur. Quodsi itaque præscriptio xxx annorum sine titulo possessori prodest, quanto magis proderit illa, si præterea per investmenturam titulus accedat? At rem penitus inspicientes animadventer facile, præscriptionem tam in hac casu non sufficere. Nam quibus lex obseruit, hi neque titulo neque xxx annorum, sed temporis, quod memoriam hominis excedit, lapsu securi efficiuntur c.i. de prescript. in 6to. Agnoverunt idem ICti Helmstadienses atque ita super hac quæstione responderunt: Es haben Beklagte keine præscription diesfalls vor sich/ indem derjenige/ welcher etwas contra legem præscribiren will/ lapsum temporis immemorialis beweisen muss.

§. IX.

Numquid vero & principi, in cuius ditione talis lex exstat, facultatem adimetus, prædia nobilia plebejis conferendi? Ad hanc quæstionem ut recte respondeatur, lex ipsa inspicienda est. Quodsi eam princeps spontesua tulit, non dubito, quin tollere illam iterum, aut gratiam alicui contra eam facere queat. Quodsi autem de ea ferenda cum ordine equestri in comitiis forte aut etiam extra illa pactus est, conventionem hanc rescindere nequit, nisi hanc fibi

sibi facultatem expresse reservarit. Magis dubium videtur, quid principi circa consuetudinem diuturnam liceat: Per hanc jus aliquod non tam principi, quam ordini equestri, quæstum existimo. Igitur hoc infringere non potest princeps. Exemplum simile habemus in capitulis nobilibus, quorum pleraque jus arcendi plebejos ex consuetudine tantum obtinuerunt, atque tamen nec Pontifici nec episcopo nec principi concedunt, ut plebejum canonicum sibi obtrudat. Scio equidem, non parum huic sententiæ obstarat c.37. X. de Prebend. quod consuetudines istas tanquam impias damnat. At nulla istius capituli in Germania nostra est auctoritas. Note adhuc lites, quæ in fine seculi superioris Capitulo Wormatiensi cum Pontifice, qui capitulo nobilem recens creatum, Jacobum de Boville, obtrudere conabatur, intercesserunt, merenturque legi literæ, quas Archiepiscopi Moguntinensis & Trevirensis anno 1699. ad Pontificem summum exararunt, quibus consuetudinem istam capitulorum Germanicorum acriter defenderunt.

§. X. vñcibz rñon omni

Sed, antequam ulterius progredior, dicendum est paucis de discrimine inter prædia nobilia. Et poterant quidem prædia hæc in diversas classes distribui. Sed ego in præfensi tantum divisionem prædiorum nobilium in feuda & allodia considerabo. Nova hæc est, fateor, & recentiorum saltem seculorum. Nam si medium ævum spectes, Germani prædia equestria allodialia ignorarunt fere & feudalia tantum cognita habuerunt. Quæ igitur ex illis allodialia sunt, novam hanc qualitatem ex indulgentia principum aut alio modo recuperunt, quemadmodum de prædiis equestribus Silesiacis testatur Henelius in *Silesiographia* cap. 8. §. 16. & 17.

B

§. XI.

§. XI.

Non levis ergo est controversia, qualia in dubio sint præsumenda prædia nobilium, feudaliane an allodialia. Evidem in 2. F. 26. §. 1. generaliter dicitur, prædum in dubio allodiale censeri. Verum hæc præsumtio ei Germaniæ statui, quem medium ævum vocamus, vix convenit. Si non omnia, pleraque certe tunc nobilium prædia feuda erant. Atqui vero præsumtio ex eo, quod frequentius est, sumitur. *Recte Modestinus Pistoris in Consilio 22. n. 6.* So giebt inquit, die qualitas personarum, dass die Güther mehr vor Ritter-Güther/ denn vor Erb-Zins- oder Bauer-Güther zu achten alldieweil beyde der Verkäuffer und Käuffer von Adel servnd/ und die von Adel in diesen Landen gemeinlich Ritter- und Mann-Lehen Güther/ und nicht Erb-Zins- oder Bauer-Güther zu kaufen und zu besitzen pflegen. Recte, inquam, sic Pistoris pro ratione temporis, quo vixit, respondit. Postea vero rerum facies insignem passa est mutationem, plurimaque feuda & prædia nobilium allodii naturam induerunt, ut ista, quam supra ex jure feudalí memoravi, allodialitatis præsumtio nostræ atati conveniat. Quæ res etiam Electorem Saxonij permovit, ut in *Decis. novissima* 37. illam, quam dixi, præsumptionem allodialitatis stabiliret. Quod tamen ad principatus & comitatus attinet, adsentio *Itero de Feudis imperii c. 25. §. 23.* præsumi eos in statu, in quo olim fuerunt, mansisse atque adhuc hodie feuda esse.

§. XII.

Sed mitto hæc, atque progredior ad jura singularia, quibus prædia equestria fruuntur. Primum inter illa est, quod muro firmari possunt ejus altitudinis, ad quam vir equo insidens manu pertingere queat. Scio equidem in

L. 10.

L. 10. C. de adiſiis privatis cunctis, atque adeo etiam rusticis, volentibus permitti murali ambitu fundos proprios seu loca sui dominii constituta vallare. At Germani veteres hanc facultatem nobilibus tantum concesserunt. Ita compilator Speculi Saxonici lib. 3. art. 66. Man mag wohl beseſſen einen Hof mit Zeinen/ oder mit Stecken/ oder Mauren/ als ein Mann reichen mag auf einem Roß ſitzende. Eadem fere verba in Speculo Suevico cap. 234. reperiuntur. Addit. vero Glossator Germanicus ad verba illa Speculi Sax. Auf einem Roß ſitzend ic. Hieben mercf/ daß dies Recht um der Ritterschafft willen geſetz ist. Denn diefelben mögen ſich/ als hoch ſit auf einem Roß mit einem Schwert reichen wügen/befeſſen. Und dies foll ihr Maas ſeyn. Igitur in iis terris, in quibus jura Germanica prifca adhuc valent, equitibus tantum licet, muros ejus, quam dixi, altitudinis exſtruere, rusticis non item.

§. XIII.

Haud incongruum erit, quæſionem, num prædia nobilium in fortalitia erigi ſit permifſum, excutere. Boërio in decisione aurea 320. placuit ſententia ajens, quam ut corroboraret, provocavit ad L. 55. de R. J. nec non ad L. 10. C. de adiſ. privati. At enim vero quod ad L. 55. de R. J. attinet, illa quidem cuilibet, quod vult, facere in ſuo permittit, licet alter damnum exinde ſentiat; non vero, ſi hoc contra ſecuritatem atque publicum bonum tendat. Sane privatis permifſum ſi eſſet, prædia ſua munire, facile ſeditionem excitare & reverentiam principi debitam excutere priftinamque rapinarum & bellorum privatorum licentiam reducere poſſent, cui malo occasio omnis præſcindenda eſt. Difficilior interpretibus viſa eſt responſio ad L. 10. C. de adiſ. priu. ibit cunctis volentibus permittitur, murali ambitu fundos proprios

12 DE JURIBUS PRÆDITORIUM NOBILIORUM

seu loca sui dominii constituta vallare. *Jac. Wernherus Kyllengerus de Ganeribus castrorum disc. 4. n. 123.* putat, in ea lege munitionem villarum tantum contra aquarum frequentiores effluxum & inundationem permitti. *Ziegler. de Jur. Maj. Lib. 1. c. 35. §. 6.* legem istam ad provincias in ea enumeratas restringit, quod & *Stryk de jure prohibendi exstructionem fortalitorum §. 27.* probare videtur. Mihi videtur muralis ambitus non fortalitium, sed simplex murus incursioni latronum oppositus esse. Itaque per eam legem muro quidem villam circumdare, non etiam propugnacula, non turre, non fossas addere licet. Hanc explicationem, quam *Zieglerus d. 1. §. 7.* subjicit, priori longe præfero. Convenit ea & *Spec. Sax. Lib. 3. art. 66.* ib. Zinnen und Brustwehre sollen nicht dran seyn/ & praxi Germaniae nostræ.

§. XIV.

Ab hoc jure, prædium nobile muro vallandi, ad aliud provehimur. Constat inter omnes, quod muri sine facto & operis hominum extrui nequeant. Incidit igitur quaestio, an subditi tigna ad ædificandum murum necessaria advehere teneantur. Quam antequam excutio, alia quædam generales, quæ circa operas rusticorum occurunt, quaestiones præmittendæ & decidendæ sunt. Primum merito locum occupat illa, qualis in dubio præsumtio capienda sit, utrum pro libertate prædiorum rusticorum, an pro operis prædio nobili debitum. Evidem non pauci, & inter hos quoque *Beyerus in Specimine juris Germanici cap. 5. §. 25.* operas non præsumi, sed probandas esse, affirmant. Verum, ut controversia hæc rectius dirimatur, jus Romanum a moribus juribusque Germanicis, imprimis Saxonici, discernendum venit. Illud si intuecamur, præsumtio utique pro rusticis,

sticorum libertate contra nobiles erit. Servitia enim rusticorum apud Romanos plane incognita fuisse, docet t. t. C. Ne rusticani ad ullum obsequium devocentur. Quinimo ne voluntibus quidem ea præstare erat licitum, sed contra facientes pœnam publicationis bonorum & perpetui exilii subire tenebantur. Caussa hujus sanctionis erat favor publicus, ne homines a cultura agrorum reipublicæ admodum necessaria avocarentur. At, si priscos Germanorum mores spectes, res longe aliter se habet. Diversissima apud illos erat rusticorum conditio. Ignorabant hi libertatem & immunitatem ab operis. Neque est, quod objicias, Saxorum gentem sub Carolo M. posterisque ejus in libertatem adsertam atque servituti exemptam fuisse. Errant namque, qui libertatem illam a Carolo M. Saxonibus indultam eousque extendunt, ut rusticos etiam per eam jugo nobilium subtractos putent. Conditiones quippe pacis ejus, quam Carolus cum Saxonibus pepigit, non rusticci, sed nobiles soli, qui gentem Saxonum repræsentabant, stipulati sunt. Hi vero egregie rebus suis consuluissent, si rusticis libertatem ab operis per pacem illam quæsivissent. Deinde ipsæ conditiones pacis istius adhuc hodie apud scriptoribus veteres existant. Atque ex illis appareat, de immunitate rusticorum a servitiis non cogitatum, sed libertatem plane aliam Saxonibus datam fuisse, scilicet a legibus Francis & a tributo fisco regio pendendo. Audiamus Poëtam Saxonem a Reinero Reuccio & Leibnizio in volumine I. Scriptorum rerum Brunsuicensium editum Lib. 4. Annalium de Gestis Caroli M.

Imperat. ad an. D CCC III. Indict. X.

Nobilis hic annus longi certamina belli

Tandem, Saxones inter Francosque peracti,

B 3

Firmo

14 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIORUM

Firmo perpetuè conclusi fædere pacis.
 Augustus pius ad sedem Salz nomine dictam
 Venerat, huc omni Saxonum NOBILITATE
 Collecta, simul has pacis leges inierunt,
 Ut, toto penitus cultu rituque reliquo
 Gentili, quem demonica prius arte colebasse
 Decepi, posthac fidei se subdere vellent
 Catholice, Christoque Deo servire per evum.
 At vero censum Francorum regibus ultum
 Solvere nec penitus deberent, atque tributum,
 Cunctorum pariter statuit sententia concors,
 Sed tantum decimas divina lege statutas
 Offerrent, ac presulibus parere studebent,
 Isporumque simul clero, qui dogmata sacra,
 Quique fidem domino placitam vitamque deseret,
 Tum sub judicibus, quos rex imponeret ipsis,
 Legatisque suis permitti legibus uti
 Saxones patriis & libertatis honore.
 Hoc sunt postremo sociati fædere Francis,
 Ut gens & populus fieret concorditer unus,
 Ac semper regi parens equaliter uni.

Adde Eginhardum de vita Caroli M. cap. 7. in fin. Porro fa-
 cili negotio ostendam, Saxones non solum ante, sed &
 diu post Carolum M. in homines liberos & proprios distin-
 ctos fuisse. Testes sunt Nithardus, Caroli M. ex filia ne-
 pos, scriptor seculi IX, qui lib. 4: Gens Saxonum, ait,
 omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos
 edelingi, sunt, qui frilingi, sunt, qui lassi illorum lingua di-
 cantur. Latina vero lingua hœc sunt nobiles, ingenui & ser-
 viles;

viles; & *Huchaldus*, monachus Elonensis, qui anno 937.
obiiit, in vita B. Lebini: Erat, inquit, gens Saxonum, sic-
ut nunc quoque consistit, ordine tripartito divisa. Sunt enim
ibi, qui illorum lingua edlingi, sunt, qui frilingi, sunt, qui
lassi vocantur. Sed nec opus est ad antiquissimos istos scri-
ptores recurrere. Satis appetat ex *Speculo Saxonico*, im-
primis ex lib. 3. art. 42. & 44. hominum proprietorum con-
ditionem & operas rusticas Carolingicis temporis non fuisse
sublatas, sed diutissime post illa perdurasse. Illud tamen
largimur facile, conditionem rusticorum post Carolingica
tempore paulatim meliorem minusque duram effectam
esse. Sed exinde non consequitur, libertatem illis omni-
modam obtigisse, sicut dici non potest, servitutem Ro-
manam post sublatum jus vitae & necis sublatam fuisse.
Itaque quum res in eodem, in quo olim fuit, statu man-
fuisse censeatur, nec mutatio præsumatur, sed, quoniam
in facto consistit, probari debeat, existimo, non solum
in Saxonia electorali, sed in omnibus terris, quæ olim ju-
re Saxonico usæ fuerunt, præsumptionem pro nobilibus
prædiis, quod scilicet iis operaæ a rusticis debeat, con-
tra libertatem esse. Consentient mecum *Ockel de prescri-
ptione immemoriali c. 2. §. 19.* & alii, quos ibi memorat, au-
tores. Consentient etiam JCri Helmstadienses, ut
ex responsu ab illis mense Februar. anni 1515 cc xv. ex-
arato & a Præside benevole mecum communicato patebit:
Es urgiren die Veltheimischen Dienst-Leute sonderlich/ dasi die
Einwohner des Landes Sachsen zu Zeiten der Carolingorum
durchgehends vor freye Leute erklärert/ und die Dienstleistung nach-
gehends wiederum/ jedoch nur aus gutem Willen der Bauern/
eingeführet worden/ demnach/ da eine Sache nach den Rechten
in ihren ersten Stande geblieben zu seyn vermuthet wird/ die præ-
sumption

16 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

sumtion auch hier pro libertate contra præstationem servitiorum statt finden müsse. Alldierweil aber die den Sachsen von Carolo M. ertheilte Freyheit sich weiter nicht erstrecket / als / daß diese Völker dem den Schwaben aufgebürdeten Foch der Fränkischen Geseze und jährlichem den fisco regio zu entrichtenden Tribut nicht unterwerfen worden / sondern als Bundes-Genossen der Franken nach ihren eigenen Rechten und unter ihrer absonderlichen Obrigkeit gelebet / dahingegen der bey dieser Nation von alten Zeiten her eingeführte Unterschied und Eintheilung in freye und eigene oder Dienst-Leute niemahln aufgehoben worden / sondern so wohl vor und zu als nach den Zeiten des Caroli in beständigem Gebrauch geblieben / wie denn in den alten Rechten / sonderlich in dem Sachsen Spiegel / der Lassen / eigenen und Dienstleute / auch Tagewerken / öffere Meldung geschiehet / bey welcher Bewandtniß / und da deren Zustand in folgenden Zeiten zwar ein wenig leydlich worden / der Unterschied aber selbst und die obligation zu dienen bis auf diese Stunde beständig geblieben / die Befreyung hingegen von den Diensten in facto bestehet / demnach erwiesen werden muß / die præsumtio vielmehr wieder die Bauren pro servitiis contra libertatem ex pristina & perpetua conditione eorum statt hat ic.

§. XV.

In eo tamen cum aliis consentio , operas has , quoniam libertati adversantur , odiosas atque adeo strictæ interpretationis esse , arg . c . 15 . de R . I . in 6 . & L . 20 . de R . I . Exempla hujus doctrinæ plurima apud Carpzovium lib . 1 . Resp . s . 1 . multisque sequentibus & in Presidis mei Specimine 16 . ad ff . de Liberis & servis medit . 1 . n . 5 . reperies , & aliqua etiam a me in sequentibus afferentur .

§. XVI.

Pergo autem ad questionem , cuius decisionem supra in principio § . 14 . promisi , an scilicet rustici tigna ad extruendum murum , quo muniendum est prædium nobile , necessaria advehere

vehere obligentur. Et aliarum quidem provinciarum mores aliis excutiendos relinquo. Sed apud Saxones meos quæstio hæc videtur decisa in *Ord. Provincial.* quam Elector Saxo anno 1555. promulgavit, tit. von Bau-Frohnen ibi: Demnach segen / wollen und verordnen wir / daß hinsuþro die Unterthanen in unsern Landen schuldig seyn sollen / ihren Erb-Herrn zu den Gebäuden ihrer Ritter-Siße Baufuhren zu thun. Qui textus juris Saxonici quamvis loquatur tantummodo de ipso prædio nobili, vom Ritter-Siße/ puto tamen subditos & eo casu, quo dominus prædium muro firmari curat, operas præstare debere. Quidquid enim prædicatur de toto, illud quoque de ejusdem parte, L. 76. de R. V. siue, ut Cajus ait in L. 13. de R. I. in toto & pars continetur. Et accessorium sequitur suum principale, L. 178. de R. I. Præterea Elector Saxo hoc jus ideo constituit, quoniam ex arcibus & domiciliis nobilium egregiis ac splendidis multum decoris ac splendoris toti provinciæ accedit, id quod luculentier verba Conf. 52. P. 2. docent ibi: Dadurch auch/ wie vor Augen/ viel stattlicher Ritter-Siße und Gebäude in unsern Landen zu Besserung derselben erbauet und ausbracht. Cum itaque eadem sit in muris ratio, atque horum extractio multum ad splendorem ac decus prædii nobilis faciat, & securitatem quoque eidem conciliet, non video, cur interpretatio extensiva locum habere non debeat.

§. XVII.

Ex iis, quæ modo dixi, sua sponte fluit, rusticos Saxonicos operis ædilitiis, quæ ad ædificationem ipsius domicilii spectant, se subtrahere non posse. Disertis verbis *Ord. Prov. de anno 1555. Tit. von Bau-Fuhren* id docet. Quinino hæc operarum præstatio a rusticis exigi potest non so-

G

lum

18 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

lum ad ædificationem, reparationem & meliorationem ar-
cis seu habitationis, sed ad omnia ædificia, quæ prædio
nobili cohærent, puta, horrea, stabula, granaria. Dis-
sentit quidem *Carpzovius*, qui hac in parte subditis nimis
favere creditur. At enim vero ei opponenda est *Decisiō*
Elec̄t. 33. ubi Elec̄tor declarat, animum sibi nunquam fuis-
se, operas ædilitias ita coarctare, ut ille tantummodo de
domicilio nobilis capi debeant, ibi: *Sinn und Meynung*
niemahls gewesen / die gesetzte Bau-Frohnen bloss auf die Wohn-
Gebäude einzuschränken / auch dem Zweck und End-Ursach zuwider läuft. Recte itaque Senatus appellationum, qui Dres-
da est, pronunciavit, rusticos operas quoque præstare de-
bere, si dominus tale receptaculum, in quo instrumenta
rustica custodiuntur, einen Schuppen / ædificare curat. vid.
Berger. Suppl. ad Elec̄t. Disc. For. P. 2. pag. 185. Porro ope-
rarum ædilitiarum præstatio se extendit ad hortum, quem
antea simplici sepe circumdatum dominus pariete ex asse-
ribus & columnis querceis confecto munire vult. Ita *J. C. Vitemberg.* Mens. April. 1682. in causa D. Leyseri contra
dessen Unterthanen zu Rabenstein pronunciarunt apud eundem
Bergerum ibidem pag. 186.

§. XXIX.

Quum vero bona nobilia interdum sint ampla, &
dominus eorum unam tantum arcem seu domicilium ha-
beat, sed ex relictis ab eo post mortem filiis & heredibus
unus alterve, diviso prædio, novam in parte sua domum
ædificare velit, an rusticī Saxonici hoc in casu materiam
advehere *ex prædicta Conf. debebunt?* Qui id negant, pro-
vocant potissimum ad æquitatem, inter quos *Moller Semesfr.*
Lib. 2. c. 32. qui asserit, Electorem Augustum auctorem hu-
mili
jus

jus Constitutionis nobili cuidam rescriptisse, operas tunc non deberi. Sed tota res eo redit, ut distinguatur, utrum in illo loco domus olim exstiterit, an non. Posteriori casu amplectenda est Molleris aliorumque negantium sententia; priori vero casu puto, subditos omnino cogi posse ad materiam advehendam.

§. XIX.

Optime tamen faciet dominus, si humanitatis rationem observet, atque operas sibi debitas eo tempore, quo illæ commodissime a rusticis exhiberi possunt, exigat. Tempore itaque fationis & messium eas haud desideret, multo minus, contra præceptum Dei pariter ac principis, die dominica. Exstat hæc prohibitio in *Decret. Synod. gen.* ibi: alle Hand- und Pferde Arbeit auch Sonn- und Feiertagen verboten u. item in *Ord. provinc. Aug. de anno 1580.* tit. 17. ubi tamen temperamentum additur: nisi causa prægnans & necessaria allegari possit, ibi: da nicht nothige/ dringende Ursachen verhandlen. *Conf. L.2. C. de Feruis.*

§. XX.

Curet quoque nobilis Saxonius, ut res ad ædificium necessariae de proximo advehantur, quo rusticci in unam velutram plus temporis, quam unum diem, non impendant & vesperi domum reverti possint, daß die Bau-materialien so nahe als selbige zu haben / und die Unterthanen über einen Tag mit jeder Fuhre nicht zu bringen / auch auf den Abend wieder zu Hause seyn können / anzuführen. Ita in Senatu appellatio-
num aliquoties responsum fuisse, testis est illustris Bergerus
Oecon. jur. pag. 53.

§. XXI.

Ex dictis consequitur, dominum, licet ex vectura longinquæ commodum sentiat, rusticos tamen adstringere non posse,

20 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIORUM

posse, ut res, quæ in loco propiore haberi queunt, ex longinquiore advehant, idque propter æquitatis rationem. vid. Petr. Müller. de Aedificio predii nobilis cap. 1. §. n. ubi adduxit prejudicium Fac. Jenens. de anno 1687 verbis: Bau-
ren aber solche Bau Materialien näher zu bekommen / und es
läge nur daran / daß der Bau- Herr in der Nähe solche etwas
theurer als an einem andern Orte bezahlen müßte/und nur des wohl-
feilen Preises halber die Unterthanen solche weiter abhöhlen zu
lassen gemeinet; So wäre hierunter die Billigkeit zu beobachten
und die Unterthanen mit beschwehrl. Frohnen in die Weite zu
verschonen. Hanc tamen sententiam Jtcorum Jenensium
non aliter admittendam esse, existimo, quam, si lucrum,
quod dominus ex vectura longinquiore capere posset, ex-
igui sit momenti. Hanc ipsorum quoque mentem fuisse,
colligo ex verbis: etwas theurer. Si ergo dominus lucrum
haud spernendum sperat, rusticos ex loco remoto tigna ad-
vehere oportere, judico. Quo collimare videtur præju-
dicium Senatus provocationum summi, qui Dresden est, in
caulla der Anspänner zu Riesa und Consorten contra C. L. von
Felgenauer Cons. hybern. 1693, daß Klr. mit der ihnen zuerfand-
ten Anführung der Bau-Materialien von andern Orten auf den-
jenigen Fall/wenn solche um gleichen Preis auf der Elbe zu erlan-
gen/ nicht unbillig zu verschonen.

§. XXII.

Quamquam vero extra omnem dubitationem sit po-
situm, rusticos tigna, Bau-Materialien/ quo nomine com-
prehenduntur Kalk/ Steine/ Holz/ &c. ad extractionem do-
miciili advehere oportere; fundamenti tamen suffosionem
das Grund-graben/expurgationem cellarum,das Keller-räumen/
advectionem lignorum infectorum, Holz so noch nicht be-
schlagen/ nomine harum operarum contineri negat ill. Ber-
ger

ger Oeon. jur. Quæ tamen sententia, quod ad lignum
nondum elaboratum, à Senatu appellationum sic tempe-
rata fuit, modo dominus opus non habeat lignis artificio
non elaboratis. Opus enim si habet, subditi & ea advehe-
re recusare non possunt. Ita Senatus ille: daß Appella-
tens Principalen nicht allein die zu dem bey Appellantens Princ-
ipalen Ritterſige vorhabenden Schuppen- Bau benötigte 4 ei-
chene Säulen/ so weit solche unbeschlagen in die Erde eingegraben
werden müssen/ sondern auch das Bau-Holz/ welches derselbe et-
wa bey fernern Gebäuden zu seinem Ritter-Sitz unbeschlagen ges-
brauchet/ gleichfalls anzuführen verbunden se. Cons. activ. 1707.
Quodsi tamen rusticci vel ex conventione vel ex præscriptione te-
nentur zur Grundfeste / debebunt quoque die Erde auswerffen/
auch die Löcher hin wieder mit der Erde zuwerffen. Ita JCti Vi-
temb. ad interrogat. Hans Philipp von Greisingen zu Buden-
sels M. Jan. 1684. responderunt.

§. XXIII.

Progedior ad aliud servitorum genus, in Saxonia
usitatum, nempe ad excubias. Constat autem, has
deberi 1) tempore belli. 2) incendiariorum 3) si
dominus inimicos habeat capitales. Hisce casibus custo-
dia est præstanda, licet alia servitia & operæ præstentur, uti
JCti Lips. responderunt. Victum tamen, qui caseum & pa-
nem comprehendit, dominus excubias agentibus præbere
debet, nisi ex consuetudine vel pacto aliud doceri queat. Dan-
tur quidem plures casus, ubi vigilæ præstandæ veniunt, quos
tamen hoc loco recensere nec temporis ratio nec alia cir-
cumstantia permittunt, quandoquidem multum hac in par-
te ex consuetudine, præscriptione vel pacto dependet.
Igitur consulendi sunt cuiusvis loci libri censuales die Erb-
Register. Præstari autem debent excubia non solum à viris,

sed

22 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

sed & à feminis. Nec viduas eximendas puto. Favor quidem earum in multis juris capitibus est magnus, immo maximus. Hoc tamen casu immunitate eas gaudere noluit LLator Saxonius, quandoquidem ejusdem dispositio est generalis *P. 2. C. 31.* ibi: sullen die Leute. Clericos tamen & ludimodernatores ab ejusmodi excubiis contra Boerium Berlich. *P. 5. Concl. 64.* recte tuerit; quæ Berlichii opinio in terris quoque Saxonis usu invaluit, ne homines illi à cultu divino avocentur. Conf. *Glossam ad art. 79. Lib. 3. Land. R. in pr.*

§. XXIV.

Illud porro quæritur, an rusticci contra domini voluntatem aliam personam ad servitia obeunda substituere possint. Negatur, quia interest domini, ne ingratus sibi vel ignarus forsan operarius obtrudatur. Ita quoque hæc quæstio decisa fuit a commissariis a potentissimo Rege Sarmatarum ad causam des Obristen von Lüttichau contra dessen Unterthanen cognoscendam delegatis, quemadmodum ex actis, quorum copiam alter Commissarius, D. Thomas Wagnerus, Jctus pereximus, Consiliarius commissionum regiarum & præfectus circuli Lipsiensis, mihi humanissime fecit, perspexi.

§. XXV.

Deinde Serenissimus Elector Sax. domino in conductenis operis liberorum rusticorum concescit jus prælationis, quod a nonnullis, licet perperam, protomesos appellatur, germ. den Dienst zwang. ord. Polit. de anno 1661. ut nempe liberi hi operas domino offerre debeant. Quæ oblatione hunc habet effectum, ut dominum intra 14. dies, a die oblationis computandos, declarare oporteat, utrum operis

operis sibi oblatis velit uti, nec ne. Elapso spatio 14. die-
rum, liberis rusticorum libertas est relieta, operas suas lo-
candi, cui velint. Hoc jus autem non omni tempore ex-
erceri potest, sed demum eo casu, quo liberi rusticorum
servitia praestare volunt extraneis personis; quo tamen no-
mine mater hoc loco non comprehenditur, et si ea in aliis
juris articulis pro extranea habeatur. Hinc dominus libe-
ros avocare non potest, si matri serviant, sive in statu vi-
duitatis maneat, sive iterum nubat. Hoc enim jus liber-
tati est contrarium, ideoque stricte interpretandum. Ex
quo fundamento & illud defendunt nonnulli, cessare hoc
jus, si liberi aliud vitæ genus, quam rusticum, eligant,
e. g. filia rustici in urbe operas suas ut coqua locet. Sed
contraria potius sententia mihi placet, ob vocem, qua
utitur Llator Saxonicus cit. Ord. Prov. tit. 3. Obschon ic. Ne
autem liberi rusticorum, ad conditionem eorum, qui gle-
bae adscribuntur, accedere videantur, Elector Saxoniae jus
istud ad biennium restrinxit. Quo elapso, dominus libe-
ros rusticorum suorum diutius ad operas sibi locandas co-
gere non potest.

§. XXVI.

Sed, quum saepe in electoratu Saxonia evenire so-
leat, ut parentes liberorum opera non indigeant, liberi
tamen easdem aliis locare nolint, Senatus appellationum
Conf. hybern. anni 1706. domino potestatem dedit, vel
eos cogendi ad operas sibi locandas vel pecuniam ab iis exi-
gendi. Omnia hucusque dicta clarius patebunt ex verbis
sententia Senatus: Dass/ wenn einige von Appellatens Kin-
dern/ deren sie in ihrer Haushaltung nicht benötiget/ bey ihnen/
denen Eltern/ oder auch bey andern aufliegen/ die meiste Zeit mit
Mühsige

24 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

Mühsiggang zubringen/ und nur etwa in der Erndte/ oder sonst
bißweilen etwas arbeiten/ und die Haushwirths mit unbilligen
Lohn übersezten/ Appellatens Principal dieselben aufstreiben/ oder
monatl. mit 1. fl. zu belegen/ wohl befugt: Wie denn gleichfalls
derer Unterthanen Kinder/ wenn dieselben sich bey Fremden in
Dienst einzulassen gemeynet/ entweder selbst/ oder durch ihre El-
tern bey dem Gerichtsherrn/ darunter sie gebohren und gezogen/
welcher aber/ ob er sie brauche oder nicht/ alsofort und ohne Auf-
enthalt sich zu erklären hat/ zuförderst sich anzubiehen/ iedoch bey
demselben wider ihren Willen zusammen länger nicht als auf 2.
Jahr zu dienen; Ferner die Gerichts-Personen diejenigen/ so in
der Gemeinde etwas/ so des Gefängnusses würdig/ verbrochen/ auf
besagten Gerichtsherrns Begehrn zur Haft zu bringen schuldig.

§. XXVII.

*Quum vero opera rusticorum aliae sint determinatae,
gesetzte/ gemessene/ aliae indeterminatae, ungemessene Dienste/
disquirendum nunc venit, quomodo haec, si lis de iis oria-
tur, definienda sint. In Saxonia electorali determinatio-
nem operarum indeterminatarum Elector sibi reservavit,
adeo, ut judices inferiores ut & collegia juridica in hoc
capite omni cognitione abstinere oporteat. In Senatu enim
aulico & provocationum, qui Dresda est, deciduntur.
vid. P. 2. C. 52. ibi: Sollen sie solche Sachen an unsere Regie-
rung remittiren/ damit wir/ Inhalts der Landes-Ordnung/ dar-
über selbst Weisung thun lassen. Decis. Elect. 33. De his in-
determinatis operis & illud addendum existimo. Certum
quidem est, omnia jura præscriptioni subjacere. Excipi-
tur tamen libertas ab operis indeterminatis. Haec per præ-
scriptionem non acquiritur, licet nulla per 50. annos præ-
stata sint opera, dummodo non indicta fuerint. Exactio
enim operarum istarum res meri arbitrii est, adeoque per
non*

non usum & accedens longissimum tempus haud amitan-
tur, nisi ostendi possit, eas aliquando postulatas, sed a ru-
sticis denegatas fuisse. arg. L. 45. pr. de *Usurpationibus* & L.
6. de *Servit. pred. urban.* Adde Bergerum in *Oeconom. jur.*
lib. 2. tit. 2. §. 22. n. 1. In quam sententiam Ordo Vitemb.
M. Octobr. 1680. respondit: Dennoch aber und dieweil ermeidte
Unterthanen keine gewisse nahmhaftie Dienste haben/ sondern ie-
der wöchentlich einen Tag/ wenn und worzu er begehret wird/
dienen muß/ und dergestalt in der Herrschaft Willführ bestehet/
was vor Dienste denenselben aufgeleget werden sollen/ welche Will-
führ denn dadurch/ daß die Pflug-Dienste vorhin niemals be-
gehret worden/ nicht aufgehoben noch verlustig werden können/
die Unterthanen auch/ daß die Dienste ihnen dadurch schwehrer ge-
macht würden/ nicht vorzuschüren haben rc. Ceterum omnes
controversiae, quotquot fere circa operas indeterminatas
oriri possunt, decisæ sunt a potentissimo Poloniaram Re-
ge in causa derer Unterthanen zu Blothe contra den Herrn von
Lauenheim/ uti relatum accepi a JCto celeberrimo, D.
Thom. Wagnero.

§. XXIX.

Antequam doctrinam de servitiis rusticorum relin-
quo, quæstionem adnectam in foro frequentissimam, liceat-
ne nobili, qui hucusque a rusticis suis loco operarum pe-
cuniam accepit, mutare institutum atque operas ipsas im-
posterum exigere. Multum hic interest, an lex aut con-
ventio adsit, quæ rusticos vel ad operas præstandas, vel ad
pecuniam solvendam obligat. Tunc rusticorum electio-
nem esse, non dubito, quippe quam jura nostra semper
debitori relinquunt c. 70. de R. I. in 6to. L. 10. §. ult. de *jur.*
dot. Consentit Bergerus in *Oeconom. juris* p. 54.

D

§. XXIX.

§. XXIX.

At aliter longe se res habet, quando rustici quidem ab initio operas ipsas præstiterunt, sed deinde domino poscenti pecuniam diu solverunt. Hoc enim etsi per longissimum tempus factum sit, res tamen arbitrii & meræ facultatis, ut DD. loquuntur, ex parte domini manet, per ea, quæ in §. 27. copiosius dixi. Itaque præscriptio longi & longissimi temporis nullum hic plane locum invenit, nec domino jus suum adimit, quemadmodum in casu prorsus simili *Carpzovius P. 2. C. 4. def. 4. & Mervius P. 8. dec. 66.* ostendunt. Addam Responsum JCtorum Helmstadiensium mense Februario anni 1515 cc xv. exaratum, quod Præses mihi inferendum dedit: Dieweil die vorgesuchte Præscription in keine Betrachtung zu ziehen ist/ da Klägeren die freye Wahl und Arbitrium, entweder die Dienste oder das Geld zu nehmen zugestanden/ und aber nach den Gesetzen und der einstimmigen Meynung der Rechts-Gelehrten in rebus arbitrii und meræ facultatis der Ablauf von mehr als 1000. Jahren nicht im geringsten attendiret wird/ wenn nicht erwiesen werden kan/ daß derselbe die freye Macht gehabt/ sich derselben ein mahl gebrauchen wöllen/ daran aber von dem andern verhindert worden/ und nach solcher geschehenen Verhinderung über die rechtsverwehrte Zeit stille gesessen/ wohin auch das a locatione conductione hergeleitete Argument gehöret/ als worinnen ungezweifelten Rechtens/ daß der Locator, ungeachtet er das Guth dem Conductorii gegen Entrichtung des jährl. Pachts sehr lange Zeit gelassen/ dennoch den Contract allemahl wieder aufrufen und das Guth zurück nehmen könne/ wie denn dieses gleichfalls nicht außer Augen zu setzen/ daß das Guth/ worzu Beklagte gehörten/ grossen Theils wüste gelegen/ und demnach der Dienstherr die Dienste nicht gebrauchen/ folglich sich derselben nicht verlustig machen können/ arg. L. 34. §. 1. & L. 35. de Servit. pred. rust. welche Meynung von

von den Leipziger Schöppen in einem der gegenwärtigen Sachen ganz gleichem Casu bey Carporis P. 2. C. 4 def. 4. behauptet wird; So halten wir dafür/ daß des von Veltheim Dienstleute den würcklichen Dienst/ wenn er an dessen Stelle nicht Dienst-Geld annehmen will/ zu leisten schuldig.

§. XXX.

Ast hæc, quæ dixi, tunc saltem vera sunt, quum constat, ab initio operas ipsas præstitas fuisse. Quodsi autem pecunia ultra tempus, quod hominis memoriam excedit, soluta, nec quantitas ejus unquam mutata fuit, tum vero cum Richter P. 2. Decis. 98. n. 34. puto, præstationem hanc, quam Germani ein stehend Erbe-Dienst-Geld vocant, a domino mutari atque operas ipsas exigi non posse. Suadet hoc æquitas, poscit & præscriptionis immemorialis natura. Et sic etiam JCtos Helmstadienses mense Septembri anni **cicis ccxvi.** respondisse, ex Præside accepi. Es wird zwar der GUTHSHERR sonder Zweifel vorschüzen/ es könne daraus/ daß seine Vorfahren lange Zeit her statt der Dienste Dienstgeld genommen/ keine Verjährung erzwungen werden/ sondern es stehe ihm allemahl frey/ sich seines Rechtes zu gebrauchen/ und die Dienste selbst zu fordern; Alldierweil es aber mit den unsern Consulenten obliegenden Diensten eine ganz sonderbare und zwar dieseß Beschaffenheit hat/ daß solche wegen der weiten Entfernenheit des Orts nicht wohl in natura geleistet werden können/ und deshalb gleich Anfangs zu Gelde angeschlagen worden/ also die Consulenten so wohl dadurch/ als durch die verflossene unendliche Zeit/ in welcher sie allezeit einerlei Dienstgeld entrichtet ein jus quæsitum erlangen/ von welchem abzugehen/ und etwas mehrers zu accordiren sie nicht schuldig seynd x.

§. XXXI.

Quum rustici sape in præstandis operis refractarii sint & pertinaces, prædiis nobilibus competit jus cogendi,

D 2

der

der Dienstzwang/ quod a jurisdictione probe separandum est, atque ab illis etiam, qui jurisdictione nulla gaudent, exercetur. Consistit vero in pignoris captione & carcere. Quodsi vero domini simul jurisdictionem habent, rusticos istos contumaces, si præterea peccent, e. g. verba eructent contumeliosa, poena arbitraria, puta, carcere vel relegatione afficere possunt, in quam sententiam Scabini Lipsiensis apud *Carpzovium P. 2. C. 51. def. 16.* responderunt.

§. XXXII.

Insigne prædiorum nobilium jus est immunitas a tributis. Hæc antiquissimis Germanorum legibus & moribus stabilita est, ut egregie ostendit *Kressius de Privilegiis agriculturae apud Germanos p. 73. sqq.* Quinimo, si *Glossatori ad c. 37. juris feud. Sax.* credimus, possessio prædii censibus & tributis obnoxii nobilitatem olim imminuebat, sic werden damit geschwächt in ihrer Ritterschafft. Itaque *Iterus de Feudis imperii c. 3. §. 6.* duo esse ait, qua feudi nobilis essentiam atque naturam potissimum absolvant, & inter hæc alterum, ut ipsa prædia immunitate fruantur eamque qualitatem ad omnes feudi successores transmittant. Conspirant hac in parte Suecorum, Gallorum, Hispanorum, Lusitanorum, Belgarum jura, ut ex auctoribus a *Klockio de Contributionibus cap. 14. n. 48. & 49.* & *Hertio de Feudo nobilitatis. 4. §. 7.* memoratis patet.

§. XXXIII.

Quod vero ad jus hodiernum attinet, certum est, prædia nobilia adhuc per Germaniam in dubio immunitate illa a tributis gaudere, ut adeo, qui tale prædium tributis obnoxium esse dicit, non audiatur, nisi id liquido demonstret. Vide *Mervium P. 4. Decif. 33.* & *Carpzovium P. 3. C. 28. def. 19.*

§. XXXIV.

§. XXXIV.

In eo tamen recessimus a jure veteri, quod, quam
majores nostri, prædium aliquod nobile & tributis simul
obnoxium esse, pro absurdo & σωματικήν haberent, nos
talia prædia toleremus, multaque admodum videamus,
qua consuetudine & præscriptione contribuabilia, ut cum
vulgo loquar, facta sunt. In Saxonia Electoratu notissi-
ma sunt die beschockte Lehren/ extra Saxoniam, die steuerbaa-
ren/ schatzpflichtigen Ritterhusen. vid. Rosenthalium de Feudis
c. 2. concl. 63. & 64. Struvium in Syntagm. juris feud. c. 4. §. 10.
Klockium de Contributionibus c. 14. n. 47. Hornium in juris-
prudent. feud. c. 4. §. 29.

§. XXXV.

Facilis nunc erit decisio controversiæ in Saxonia elec-
torali aliquando, ut ex Præside accepi, agitatæ. Quare-
batur scilicet de molendino, quod agnatus tanquam per-
tinentiam feudi, vidua tanquam allodium vindica-
bat. Ille plurima afferebat argumenta maximi ponde-
ris, hæc unicum, molendinum scilicet tributis oneratum
partem feudi nobilis esse nullo modo posse. Sed hæc ra-
tio facile concidit per ea, quæ in §. precedente dixi. Ita-
que sic responderunt Jcti Vitembergenses mense Augusto
 anni 1510 ccxi: Will derselbe wissen/ ob die auf des Herrn
Grafens von Wolframsdorf einem Ritter-Guthe stehende Müh-
le Lehn oder Erbe sey. Biewohl nun 200. Steuerschock auf sol-
cher Mühle hafften/ und aber bekannten Rechten nach regulariter
dergleichen Onera den Lehn-Gütern nicht aufgebürdet werden/
also/ daß mehrbesagte Mühle nicht auf des Lehns Grund und
Boden stehe/ sondern zum Ritter-Guthe erkaufft und folglich
Erbe sey/ zu vermuthen; dieweil aber dennoch in unsern Landen
viel Lehn-Güther an statt der Ritter-Dienste gewisse Schocke ver-
steuern/

steuren / dergleichen Feuda auch jure communii nicht unbekannt / und vulgo censualia genennet werden / überdies die Mühle / wenn solche gleich Anfangs ein Erbstücke gewesen / dennoch durch die Einrückung in den Lehen-Brief qualitatem allodii verloren und die Eigenschaft des Lehns angenommen; So ist besagte Mühle vor Lehen zu achten. Adjiciam simile responsum a JCis Helmstadiensisibus mense Januario anni 1515 cc xv. exaratum atque etiam a Praeside mecum communicatum : Dass Beklagte das streitige Guth pro allodio angeben will / solches hat ganz keinen Grund / indem sie nicht allein selbst zu Anfang des Processes es für ein Lehen-Guth erkannt / sondern auch ihr erster Chemann / von welchem sie doch alles ihr Recht herleitet / folglich auch dessen Handlungen genehm halten muss / es sub qualitate eines Lehen-Guthes erkauffet / und Lehenherrl. Consens dieserhalben ausgewürcket / darwider ihr denn das Vorgeben / dass vielbesagtes Guth contribuable, nicht zu statthen kommen mag / weil dergleichen irregulaire Lehen-Güther / von welchen an statt der Ritterdienste oder auch nebst denenselben gewisse Onera und Pensiones entrichtet werden / nicht unbekannt seynd / und insge mein feuda censitica, pensionaria &c. heissen.

§. XXXVI.

Immunitia etiam sunt prædia equestria à metatis. Quoniam enim servitia militaria prastant atque adeo domicilia & hospitia militum perpetua sunt, nequeunt oneri metatorum commode subjici. Immunitas haec consuetudine per totam fere Germaniam stabilita & in Electoratu Saxonie etiam lege firmata est. Sic enim Rex Potentissimus in der neuverfasseten Krieges Ordonance de anno 1697. art. 4. Von der Einquartirung soll so wohl in Städten als auf dem Lande niemand / als der Adel und dessen adeliche Güter / deren Possessoren se, verschonet bleiben. Quousque vero prædia equestria oneri metatorum per præscriptionem obnoxia fieri queant, ostendit

dit *Præses* in *Observatione 3. & 4 Dissertationi de metatis non ita pridem sub ejus præsidio ventilatae adjecta.*

§. XXXVII.

Idem *Præses* ibidem *Observ. 5.* docuit, & responso juridico firmavit, prædia equestria, siquidem membra pagi cuiusdam & universitatis sunt, & commodis ac emolumenis communibus fruuntur, onera quoque communia, das gemeine Nachbar Recht/ welches in Bestellung der Kirchen- Acker/ Aufrichtung und Erhaltung des gemeinen Gebäude und Zaunes/ Leistung der Föhren zu Abholung des Predigers/ Küsters/ Schmidts und Hirten/ auch Anführung der Schmiede-Kohlen und Heu und Holzes vor dem Hirten und andern dergleichen mehr bestehet/ subterfugere non posse.

§. XXXIII.

Vestigal est debitum generale, quod ob securitatem viarum præstandam principi solvit, à quo immunis est nemo, nisi immunitas legitime adquisita doceri queat, L. 6. C. de *Vestigal. & commissis.* Et quanquam generalis immunitas ab omnibus oneribus ex privilegio vel pacto sit adquisita, haud tamen ad vestigal istam porrigendam esse, passim docemur. *Klock. de Vestigal. Concl. 41. Lit. c.* Regula tamen hæc exceptionem patitur non solum in Saxonia, ubi vestigal solvi non debet pro rebus, quæ ad feudi aut familiae usum advehuntur, *Resol. grav. de anno 1661. Tit. von Cammer und Rent-Sachsen §. 9.* sed & de jure communii. Vestigalia enim sunt onera earum mercium, ex quibus lucrum per mercaturam quæritur, ideo nec per commune jus imponuntur iis, quæ proprius gratia advehuntur L. 5. C. de *Vestigal. & commiss. L. 4. §. 1. de publ. & vestigal.* Imo in Saxonia nec de istis rebus, quæ in feudo sunt natae,

32 DE RUJIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

natæ, yenum si exponantur, vestigal est solvendum per c. §. 9. Resol. grav. modo patenta, frey Paß-Zeddul/ exhibeantur. Ita enim docemur c. §. 9. Resol. grav. verbis: Beschlen wir hiermit unsern Zoll und Gleits Einnehmern/ daß sie dasjenige/ so die Einländische von Adel und andere/ so Ritter-Güter besitzen/ vor ihre Haushaltung und Beserrung der Ritter-Güter bedürffen/ als Wache/ Bauholz/ Vieh und andere materialien/ auch da sie an ihren eigenen erwachsenen oder sonstigen in der Haushaltung erlangten Früchten/ als Getreidig/ Wolle/ Butter/ Käse und dergleichen zu Märkte bringen/ jedoch auf ihre Patenta oder Paß-Zeddul/ frey durchkommen lassen se.

§. XXXIX.

Pertinet quidem ad jura prædiorum omnium, etiam rusticorum, quod fructus in illis nati libere vendi queant. In Saxonia tamen Electoratu hoc prædiorum nobilium singulare jus est, quod, quum cives oppidanæ & rustici lanam in prædiis suis natam in proxima civitate adjacente pannificibus vendere debeant, ab hac necessitate liberentur prædiorum nobilium possessores, qui lanam & reliqua, quæ in fundo sunt nata, vendere possunt, cuicunque volunt. Vid. Mand. Elect. Sax. de anno 1617. & de anno 1626. die 21. Jan. Quæ dispositio repetita legitur in Resol. grav. de anno 1661. Tit. von Justitiæ Sachen §. 106.

§. XL.

Venio jam ad jus venandi, quo etiam fruuntur plerumque nobilium prædiorum possessores. Evidē ab exercitio venandi jus divinum Gen. I, 26. Gen. IX, 2. Lev. XVII, 13. pariter ac naturæ neminem excludit. Hodie tamen usus venationis ab illis, qui habent ῥοντόνιον in republica, valde limitatus atque circumscriptus est, adeo, ut ne mo illud exercere queat, nisi adquisitionem ejus docere possit.

possit. Rationes omnes hujus prohibitionis, quæ vulgo adferuntur, hic excutere longum nimis & radiosum foret. Inter præcipias tamen esse videtur, quod, si jus venandilibere concederetur, cives maxime & rustici ab officiis suis dulcedine venationis abducerentur. Huc spectat *Conflit. Wurtenberg. Ludovici Ducis de anno 1588.* Denn so bald sie sich einst dem Wildpret schiesen ergeben / so werden sie Werckloß Faulenzer / Berthuner / Schwelger / Berderber Weib und Kinder &c. Ipse olim in Lusatia vidi civitatem, cui jus venandi competit, cujusque cives perpetuis excursionibus adsueti vitam illam in Constitutione Wurtembergica depictam egregie exprimunt. Et ex Præside quoque meo, simile exemplum in Saxonia inferiore extare, accepi.

§. XLI.

Alia nobilium ratio est. His otiali mores quodammodo permittunt. Igitur facilius eis venationes conciduntur. Quin imo, si antiquum Germaniæ statum spectes, non dubitabis venationes ad ea jura, quæ naturaliter prædiis nobilibus adhærent, referre. Placuerunt mihi, quæ hac de re congesit *D. G. Strube*, juvenis egregius, majorisque doctrinæ quam atatis, in dissertatione sub *Noodio* Ju reconsulto Lugdunensi defensa *de origine nobilitatis Germanice & præcipuis quibusdam ejus juribus* sect. 2. cap. 3. Diplomatibus, quæ in §. 7. adducit, quibus venationes inter pertinentias prædiorum recensentur, alia adjicere possem, si opus foret. Memorabo saltem, bannum quoque ferinum, den *Wild-Bann* olim ad pertinentias prædiorum nobilium relatum fuisse. Patet hoc ex diplomate de anno 1510, quo Henricus, Dux Brunsuicensium, venditionem prædiorum allodialium à Laurentio von Honlage coenobio Riddagshusano

E

fano

34 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIJM

fano factam confirmat, atque inter pertinentias, die Do-
behörungen/ enumerat die Wildbanne und Fischereyen. Ex quo
consequitur, non inferiorem saltem venationem, ut aliquai
putant, sed & superiorem, ad quem bannus ferinus spectat,
partem fundi nobilis olim fuisse.

§. XLII.

Sed contrariam huic prisco nobilium prædiorum ju-
ri doctrinam jam diu JCti in Germaniam nostram invexe-
runt, & venationem regalibus adscriperunt. Vide *Heigium*
Quagl. 15. §. 44. Carpzovium p. 2. Decif. 109. & Hertium de Su-
perioritate territoriali §. 49. Itaque in Saxonia, Marchia
Brandenburgica, ducatu Magdeburgico & plerisque reli-
quis Germaniae provinciis possessores prædiorum nobilium,
qui jus venandi sibi adscribunt, ejus acquisitionem docere
necessum habent. Quod tamen aliqui, *Klockius Vol. 1. Con-*
sil. 10. n. 400. & Consil. 29. n. 627, Meichsner tom. 3. decis. 33. n.
87, fol. 1069, Webner voce Forst-Recht, Ockel de Palat. reg. §.
70. & de Prescript. immemor. c. 5. §. 22. ad venationem supe-
riorem restringunt, atque venationem inferiorem adhuc
*hodie partem fundi esse & prædiorum nobilium possessori-
bus sine concessione per se competere, affirmant. Quo-*
rum sententia humanissima est & antiquo prædiorum no-
*bilium statui maxime convenit, atque adeo in iis provin-
ciis, quarum principes venationes inferiores regalibus suis*
expressè non adscriperunt, merito retinetur. Recepta et-
iam illa & a principe confirmata est in Ducatu Luneburgico,
uti ex §. 15. & 16. der von Herzog Georg Wilhelm zu Braun-
schweig-Lüneburg der Lüneburgischen Landschaft auf ihre überge-
bene Gravamina ertheilten Resolution apparat, in qua sic Princeps
ille: So viel die Jagd-Gerechtigkeiten anbelangen/ wollen wir/
dass unsre von Adel/ welche mit den alsogenannten hohen Jagden
nicht

nicht belehnet seynd / noch dieselbe durch ein solches rechtmäßiges
Herkommen/ als dazu erforderl wird/ behaupten können/ sich der-
selben allerdings enthalten sollen; welchen aber selbige concedi-
ret seynd / oder sie sonst jetztgedachter Massen hergebracht haben/
denselben wollen wir sie auch hinsüdlich gnädigst lassen; sie sollen
sich aber unserer Gehäge enthalten / und uns darinn keinen Ein-
griff thun. Wegen der Nieder- oder Unter-Jagden aber erklären
wir uns in Gnaden dahin/dass wir es damit bey dem in unserm Herz-
ogthum Lüneburg befidlichen Herkommen/ dass die von Adel auf
derer Dörffer/ vor welchen sie zehudien oder in den Dörffern Meyer-
und Zins-Leute haben/Feldmärken/die Jagden/jedoch ohne Verwüs-
tung exerciren mögen/ fernher lassen wollen. Quæ cum ita sint, pos-
sessor predii nobilis in iis terris, in quibus lex non exstat, quæ
venationes omnes fisco & regalibus vindicat, venationem in-
feriorem suo jure exercet, superioris autem adquisitionem
docere debet. Quod sit dupli modo, vel per concessio-
nem à principe in literis investituræ aliquo instrumento
factam, vel per præscriptionem.

§. XLIII.

Quod ad præscriptionem attinet, multum interest,
utrum quis jus venandi contra privatum, an contra princi-
pem adquirere velit. Priori casu longi temporis præscriptio
ut in aliis servitutibus locum habet. Nam si quis adversa-
rio paciente & non contradicente per longum tempus in
eius fundo venatus sit, tunc per patientiam, quæ vice tituli
est, jus venandi consequi potest. *L. pen. C. de prescript. long. temp.*
Neque obstat opinio *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disput. 20. th. 2. lit. a. Franzk. Ex. 4. qu. 2.* existimantium, venationem
esse inhabile objectum præscriptionis, addita ratione, quo-
niam ex jure naturæ descendat, nec in possessione aut pa-
trimonio cuiusdam esse possit. Falsum enim est, quod sibi

36 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

persuadent aliqui, venationes jure naturæ esse promiscuas, quum potius secundum rectam rationem jus venandi pars aliqua prædii sit & accessio dominii. Jure tamen Saxonico electoralí præscriptione immemorali etiam contra privatum in acquisitione juris venandi opus est, docente Bergero in *Oeconomia juris* p. 263. seq.

§. XLIV.

At contra principem præscriptio alia, quam immemorialis, non admittitur. Fuerunt tamen, qui præscriptionem quoque immemorialem in venatione ceterisque regalibus locum habere negarent. At horum sententia æquitati naturali, juribus civili in L. 14. C. de Fundis patrim. canonico in c. 26. §. Præterea X. de Verb. signif. legibus imperii apud Hornium in jure publico c. 61. §. 5. memoratis, nec non usui recepto repugnat. Refellerunt ergo opinionem istam JCTi Helmstadienses in responso mense Octobri anni CICCISSV. exarato, quod, quemadmodum id a Präside accepi, hic inseram: Es gründet sich beklagter wegen das ihm zustehenden / aber von flagendem Adjuncto Fisci in Zweifel gezogenen Jagd-Rechtes auf einem von seinen Vorfahren über Menschen Gedachten hergebrachten und ruhig exerciteten Besitz/ hat auch solchen nach allen Requisitis durch die abgehörten Zeugen dergestalt beygebracht/ dass dagegen/ so gar von Klägern selbst/ mit Bestand nichts eingewendet werden mag. Zwar sucht er daher ein dubium zu machen/ dass Beklagter keinen Titul der erlangten possels beygebracht. Aber / wer die Natur der immemorial præscription kennet/ und weiß/ dass man von deren Anfang keine Nachricht haben müsse/der sieht wohl/ dass es eine contradiclio in adjecto seyn würde/ den Titul/ welcher eigentlich der Grund und Anfang des Besitzes ist/ von einer solchen præscription zu erweisen. Da nun bey dieser Bewandtnis selbiger Zweifel hinweg fällt/ so bleibt noch der einzige übrig/ ob durch die præscriptionem immemorialem die regalia,

Daruns

darunter nach den heut zu Tage eingeführten principiis die Jagd mit gerechnet wird adquiriret werden könne. Es läugnen zwar solche einige Rechts-Lehrer. Doch deren Meynung läuft der natürlichen Billigkeit den ausdrücklichen Rechten ingleichen der bisher durchgehends eingeführten praxi zuwider. Demnach haben wir kein Bedenken getragen/ Beklagten bei der Jagd-Gerechtigkeit zu schützen und von der angestellten Klage loszuziehen. Quinimo iidem Jcti mense Januario anni 1510/cccxv immemoriam præscriptionem admisere, tametsi lex adeset, quæ concessionem principis requireret. Nam & præscriptioni immemoriali inest tacita concessio. Adjiciam verba responsi à Præside communicati: Obwohl nach Ostfriesischen Rechten zu Erlangung der Jagd-Gerechtigkeit die Concession des Landes-Hürsten ausdrücklich erforderd wird; Alldieweil aber præscriptio immemorialis tacitam concessionem & indultum principis in sich begreiffet/ &c.

§. XLV.

Scimus ex L. ult. C. & c. 3. X. de Feris, diebus feratis venationem esse interdictam. Si tamen necessitas publica aliud suadeat, existimo & die ferato venationem exerceri posse. Vide Ord. Prov. Sax. August. de anno 1500. tit. 17. ibi: Da nicht nöthige und dringende Urfachen verhanden/ e. g. à bestiarum edacitas tanta sit, ut fruges consumant. Præter dies feriatos sunt quoque certa tempora, quibus venatio prorsus interdicta est. Pertinet huc ex jure Saxonico veteri Ord. Prov. de anno 1482. §. Es soll von Niemands & de anno 1555. Tit. dass keiner auf des andern §. ult. Sed, recognito calendario, aliud tempus definitum est in Mandato die 20. Septembr. 1702. promulgato. Observat tamen Beyerus in Specimine juris Germanici lib. 2. cap. 2. §. 26. licere possessoribus prædiortum nobilium, siquidem intra prohibita tempora incident feria solemnes, festivitas nu-

38 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

ptialis, aut baptismalis, vel exsequiæ celebrandæ sint, pro instruenda mensa venari.

§. XLVI.

Dicamus pauca de poenis in eos, qui furtim feras vellantur, statutis. Jus Saxonum distinguit inter bannum ferinum Electoris & inter sylvas nobilium. Priori casu dicitatur poena laquei, modo quis venatus sit feras majores, harumque estimatio 5. aureos ungaricos, id est, 13. thaleros 8. grossos misnicos excedat. vid. *Mand. Elect. de anno 1613. 1623. 1629. & 1630.* quibus legibus derogatur *Speculo Saxonico in Lib. 2. art. 6t.* ibi: Niemand kan seinen Leib durch Jagen verliehren. *Conf. Conflit. inedit. 7.* In sylvis nobilitum qui majores feras vellantur, afficiuntur tantummodo poena arbitria. Qui vero feras minores in banno Elect. furantur, 20. florenos pro singulis feris; in saltibus vero nobilium hoc casu 100. florenos solvere tenentur. *Ord. Provinc. de anno 1555. tit. vom Jagen / Schießen und Huzen §. Hierüber soll auch.* Rationem discriminis ponunt Dd. in damno. Majus enim, inquiunt, damnum infertur nobili, quam Electori. Ergo quoque major poena est statuenda. Accedit, quod nobiles, & qui prædia nobilia possident, jus venandi titulo oneroso plerumque adquirant. Ceterum hodie hoc discriminem inter bannum electorale & nobilium saltus non attendi, sed indistincte 100. florenos sive 100. modios avenæ ob furtum ferarum minorum præstari debere, ad interrogationem præfecti Seydensis respondit ill. Bergerus, Præceptor olim meus venerandus.

§. XLVII.

Pergo ad jus patronatus, quod pleraque prædia nobilia habent. Insignis hic est quæstio, si lis de jure patronatus

tus inter principem jura episcopalia habentem & possessorem prædii nobilis oriatur, pro quo ex iis magis præsumendum sit. Distinguo inter jus patronatus majus, quod & superius & regium vocatur, & minus, quod nonnulli inferius & vulgare vocant. Illud, quod confirmationem electorum vel præsentatorum ministrorum, inspectionem in eos, constitutionem Superintendentium & Professorum in academiis, aliaque magni momenti negotia complectitur, pars juris supremi circa sacra est, atque a solo principe exercetur. Verum in inferiore jure patronatus aliter se res habet. Evidem in dubio illud nunquam, sed potius ecclesia libera esse & electionem ministrorum ipsa habere præsumitur, quoniam hic ecclesiarum status antiquissimus secundum *Duarenum de sacris ecclesiæ ministeriis ac beneficiis lib. 5. cap. 1.* fuit, atque adeo, donec mutatio doceatur, remansisse censetur. Quodsi vero, ecclesiam non liberam sed patronatam esse, certo constat, atque tantum de jure patronatus inter episcopum, seu, qui inter Protestantes jura episcopi habet, principem & possessorem prædii nobilis, in quo ecclesia est, litigatur, præsumtio pro hoc erit. Jus patronatus enim in dubio laicum est, quoniam omnia beneficia a laicis fundata censentur. Ita *Guill. Benedicti ad cap. Raynulius X. de Testam.* & ex eo *Franciscus de Roye in Institutionibus juris Canonici lib. 2. tit. 17. p. 239.* Atque in eam sententiam responderunt Jcti Helmstadienes mense Junio anni 1516, sicut ex Præside meo accepi: Es beschwehret sich Kläger, daß Beklagter von der wegen des juris patronatus über Körbelis anbestellten Klage losgesprochen worden / da doch Königliche Majestät als Landes-Herr und Archiepiscopus die rechtliche Præsumtion vor sich habe. Alldieweil aber die Præsumtion, ob sey in dubio der Bischoff und Landes-Herr pro

pro Patrono zu achten/ zwar so viel das Jus patronatus majus, superius und regium betrifft/ ihre Nichtigkeit hat, hingegen bey dem jure patronatus minore, inferiore und vulgari, davon alhier der Streit ist/ keine statt findet/ als welches in ecclesia non libera viel eher dem Eigenthümer des Ortes zugestehen vermuthet wird w.

§. XLVIII.

Jus patronatus in commercio non est. Ergo, quod Schilterus in Institutionibus juris can. lib. 1. tit. 14. §. 15. ait, seorsim aliquando jus patronatus venditum fuisse, hoc manifeste contra jura, nempe contra c. v. X. de Simonia est. Potest tamen jus patronatus cum ipso prædio nobili vendito in emtorem transferri. Ut vero omnis simonia species viterur, nolunt DD. in estimatione prædii vendendi mentionem juris patronatus fieri, das jus patronatus soll nicht ausdrücklich mit in Anschlag gebracht werden. vide Zieglerum ad Lancelottum lib. 1. tit. 28. §. 13.

§. XLIX.

Ne tamen patroni, quod sære fit, jure patronatus abutantur, mores Superintendentis votum & consensum in electione ministri ecclesiæ requirunt, teste Carpzovio in Jurisprud. Confist. lib. 1. def. 37. At hoc votum saltem negativum est. Habet nempe Superintendentens tantum facultatem contradicendi neque hanc aliter, quam ex justa caussa arg. can. 32. XVI. qu. 7. Quodsi itaque Superintendentens sine ratione oblatum a patrono ministrum recipere recuset, patronus injuriam sibi factam legitime ulcisci potest ex mente Ziegleri in Superintendentente c. 12. §. 1.

§. L.

Inter jura prædiorum nobilium non minimum est jurisdictione patrimonialis, de cuius origine dissentient J. C. Alii

Alii eam ad reliquias antiquæ potestatis dominorum in servos referunt. At ego cum *Præside in Specimine ad ff. 29. med. 4.* credo, jurisdictionem patrimoniale recentiorem atque ex concessione principum ortam esse. Neque enim in monumentis & scriptoribus antiquis Germanorum reperio, dominos in servos & homines proprios olim jurisdictionem habuisse. Nam quod secundum *Tacitum de moribus Germanorum cap. 25.* domini impetu & ira servum tanquam inimicum occidere potuerunt, jurisdictionem non involvit. Ipsa Taciti verba satis, licetum hoc fuisse, non bonum & justum, declarant. Soli principes a *Tacito ibid. c. 12.* memorantur, qui per pagos vicosque jus reddiderint. Post Taciti tempora res minus dubii habet. Collegi ex priscis Germanorum legibus loca plurima, quibus jus puniendi servos & homines proprios delinquentes judicibus ordinariis, non dominis, adscribitur. Sed quum animadvertam, magnam eorum partem a *Potgiessero de Conditione & statu servorum apud Germanos tam veteri quam novo lib. 2. capiti 15.* quod de servorum delictis inscribitur, esse insertam, lectorem ad hunc ablego, & hic saltem *Spec. Saxonici lib. 2. art. 19.* addo.

§. LI.

Jurisdictio vero hæc patrimonialis eo se non extendit, ut possessores prædiorum nobilium leges ferre aut statuta condere queant. Si quid ergo hujusmodi faciunt, hoc irriterit est. In Electoratu tamen Saxoniae nobilibus per *Ordinationem politicam de anno 1661. tit. 22. §. 3.* permittitur, leges etiam vestiarias, Kleider-Ordnungen/ promulgare. Qua de re plura habet *Bergerus in P. I. Responso 266.*

F

§. LII.

40 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIJM

§. LII.

Jus coquendæ in suum & familiae sua usum cerevisæ æquitas naturalis unicuique permittit. Igitur neque rusticis hoc denegandum est, ut recte docet *Tabor de jure cerevisie* P. 1. cap. 2. §. 3. Refellit Taborem *Schapfferus de jure braxandi* P. 1. c. 4. n. 38. sed male. Taboris enim sententia, et si ab Electore Saxonie improbata, in jure tamen communi, quod solum spectavit Tabor, fundata est. Puto itaque, in iiii terris, in quibus facultas cerevisiam ad privatum rei domesticæ usum coquendi sublatâ non est, eam adhuc & a nobilium & rusticorum prædiorum possessoribus impune exerceri. Neque aliud jure Saxonico communi & electoralí antiquo obtinet, sicut *Heigius* P. 2. quest. 12. n. 8. ostendit.

§. LIII.

At recentiore jure Saxonico electoralí potestas hæc rusticis ademta solisque prædiorum nobilium possessoribus relictâ est. *Resolutiones grav. de anno 1661. tit. Justitien-Sachsen* n. 121. & 122. ubi quoque illis libertas ab onere cerevisie imposito, der Bier-Steuer/ indulgetur.

§. LIV.

Peccant vero illi nobiles, qui jus hoc coquendi etiam ad venditionem extendunt. Ostendi jam in *dissert. de Juribus equitum Saxoniorum singularibus* §. 26. commercia nobilibus esse interdicta. Quæ prohibitio etiam ad commercium cerevisiarium pertinet, ut *Pfeil in Consilio* 202. n. 30. seqq. & *Tabor de jure cerevisario* cap. 3. §. 1. ostendunt. Vide *Scabinorum Lipsiensium sententiam in Appendice des Weichbildes* fol. us. b. rubr. Ob Edelleute auf ihren Lehen-Büchtern mögen Bier brauen und ausschenken lassen.

§. LV.

§. LV.

Potest tamen jus vendendi cerevisiam prædio nobili adquiri, idque iterum dupli modo, vel per expressam concessionem principis, vel per præscriptionem. Quod ad priorem attinet, dubitari quidem poterat, an princeps tale privilegium in detrimentum civitatum, in quarum favorem potissimum nobiles a venditione cerevisia legibus & moribus totius fere Germania, ut Schapfferus de jure brabant P. I. c. 2. docet, arcentur, prædio nobili indulgere queat. Sed non video, cur principi hæc facultas dene-ganda sit. Fateor equidem, civitatibus jus contra privatos acquisitum esse. At nego, id illis etiam contra principem competere. Fert princeps leges. At contra illas dispensare potest. Dat privilegia. Verum potest aliis simile privilegium concedere, licet prior privilegiatus inde aliquod detrimentum sentiat, quemadmodum Preses in Specimine X. ad ff. medit. 4 ostendit. Vide supra memoriam Scabinorum Lipsiensium sententiam, ibi: es wäre denn daß die erbare Mannschaft sonderbahr begnadet und privilegiert wären. Quem in modum Jcti Vicemburgenses responde-runt mense Januario anni 1515 cc xi. Obwohl einem Edelmann bürgerliche Handthierung zu treiben nicht wohl anstehet; dieweil aber dennoch den Edelleuten, wenn sie ihren Stand nicht bedencken und sich mit Landes-Fürstlicher Bewilligung der bürgerlichen Nahrung anmassen wollen / solches nicht gewehret werden mag ic.

§. LVI.

Alter modus adquirendi jus vendendi cerevisiam est præscriptio. Sed qualis hoc casu necessaria erit? Equidem, si jus commune spectes, vix alia, quam immemo-rialis, sufficit. Hi enim, quibus lex obsslit, tempore

F 2 demum

42 DE JURIBUS PRÆDIORUM NOBILIUM

demum immemoriali præscribunt, c. i. de *Prescript.* in 6to. In Saxonia tamen electorali, ubi lis hæc inter equites & civitates magna contentione agitur, fortiora sunt equitum argumenta, quibus XXXI annos, 6 hebdomades, 3 dies ad acquirendum istud jus sufficere demonstrant. Prodest illis maxime *Mandatum Mauritiij Electoris* de anno 1551, quo eum tuetur, welcher aus Herkommen und über vorwerte Zeit geübten Gebrauch mit dem Brauen oder Melzen berechtigt zu seyn vermeynet. Verba hæc, vorwerte Zeit de alia, quam ordinaria, præscriptione intelligi commode non possunt. Accedit, quod secundum *Constitut. elect. 6. P. 2.* præscriptio ista ordinaria semper contra civitates locum habeat. Plura hac de re vide apud *Leyserum in Jure georgico lib. 3. c. 21. n. 12.*

§. LVII.

Accidit tamen sæpe, ut nobiles jure quidem coquendi vendendique cerevisiam gaudeant, ædes tamen huic negotio aptas non habeant. Ergo vicinorum ædibus uti contamque in illis cerevisiam in sua prædia transportare solent. Quod an illis liceat, quæstum memini. Evidem si domestici saltem usus causa id faciunt, tunc hoc eis permisum puto, non etiam, si vendendi gratia. Facultas enim hæc vendendi cerevisiam, si prædio cuidam nobili competit, singularis est & a regula recedit, itaque restringi magis quam extendi debet. Præterea jus coquendi cerevisiam reale est atque de loco in locum transferri nequit, ut recte sentiunt *Mevius ad Jus Lubec.* lib. 3. tit. 12. art. II. & *Carpzovius* P. 2. C. 41. def. 15. Addit *Hornium Classe 2. Responso 16.* Quamobrem civitates vicinæ, quæ jus prohibendi habent, adversus utrumque, & qui in alienis ædibus cerevisiam coquit, & qui ædes suas ad hoc commodat, actionem instituere possunt. Sic responderunt, ut ex Præside accepi, Jcti Helmstadienses mense Junio anni 1510 1515.

§. LVIII.

§. LIX.

At equitum Saxonicorum singulare hac in parte jus est. Sic enim Elector in *Resolut. grav. de anno 1661 tit. Inſtitut. Sachen §. 21*: Denen von der Ritterschafft soll unbenommen seyn/ woferne sie ſelbſten keine Brauhäuer haben/ bey ihrem Nachbar/ oder ſonſten nach Gelegenheit/ ſo viel ſie zu ihrem Eisch-Trunk bedürffen/ oder/ ſo viel ſie ſonſten berechtigt/ gegen Erlegung eines billigen Zinſes zu brauen. Verba illa, ſo viel ſie ſonſten berechtigt/ ſatis indicant, facultatem coquendæ alibi cerevisie equitibus tunc etiam, quum vendere illam volunt, indulgeri.

§. LIX.

Jus archivi quidem ſoli principes habent. Habent tamen prædiorum nobilium poffeffores jus aliquod analogum, ut ſcripturae antiquæ ab illis custoditæ magnam fidem me-reantur. Sic Camera imperii apud *Gaiſum lib. 2. obſervat. 149.* n. 8. libris genethliacis, quibus ſeries familiarum deſcribitur, plenam fidem tribuit. De diariis, libris censualibus & ju-riſdiſtionalibus major est inter DD. contentio. Aliqui iiii in litibus cum rusticis omnem fidem derogant, aliqui maximam adſcribunt. Utriusque partis rationes exponit *Carpzovius lib. 1. Reſponſo 61*, & ipſe quidem priorem opinionem ſequitur, negatque, libros iſtos fidem mereri, niſi in eorum confectione ſolemnia, quaे in *Reſponſo 62* præſcribit, fuerint obſervata, tandem tamen in *Reſponſo 63* fatetur, libros iſtiusmodi, quamvis ſolemniiter non confeſtos, probare tamen, ſiquidem quibusdam adminiculis fulciantur, inter quaे ad-minicula & illud n. 3. recenſet, ſi ſint antiqui. Atque hanc ſententiam in foro receptam eſſe, Præſes mihi affirmavit.

§. LX.

Dixi jam in *Difſerat. de Juribus equitum Saxonicorum ſingularibus* §. 30. & 31. de jure ſedendi & ſuffragium ferendi

44 DE JUR. PRAED. NOB. IMPR. SAXONICORUM.

in comitiis provincialibus, ostendique, illud jus mixtum, reale nempe & personale, esse. Competit itaque possessoribus prædiorum nobilium, sed non aliter, quam, si ipsi nobiles antiquæ profapiæ sint. Consilium tamen aliqui suggesterunt ignobilibus prædiorum istiusmodi possessoribus, quo jus prædii sui tueantur, ut vices suas tantisper committant nobilibus, qui facultatem comparendi habent. Ceterum quamvis *Tarnovius de Feudis Mecklenburgicis c.2. scđ.2. §.24.* jus comitiorum etiam ignobilibus prædiorum nobilium possessoribus adscribat, ipse tamen eos, qui ex inferiore civium ordine sunt, excipit.

§. LXI.

Sufficient hæc in præsens de juribus prædiorum nobilium singularibus. Poterant plura afferri. Sed pertractionem eorum in aliud commodius tempus rejicio, atque ea etiam, qua jam exposui, me copiosius tunc executurum promitto.

A D D I T.

ad §. XII.

Dictum ibi fuit de jure munendi prædia nobilia. Et inventio, argumentum nobilitatis olim fuisse possessionem prædii fossa muniti. Editum fuit anno 1708. scriptum sub titulo Ursprung der Stadt-Münsterischen Erbmänner; cuius auctor §. 10. seqq. memorat, Schenckingio cuidam probationem nobilitatis a Rota Romana sub Pio IV. Pontifice M. impositam fuisse, illum vero nihil aliud docuisse, quam, daß seine Eltern sich adelich aufgeführt und trachten lassen auf begrabenen Häusern gewohnet und mit adelichen Gütern angesessen gewesen/ atque Rotam Romanam hanc probationem pro sufficiente declarasse & Capitulo Monasteriensi, ut Schenckingium recipere, præcepisse.

PRAE-

PRAESES
CANDIDATO SVO

S. P. D.

Nulla mihi unquam res majori voluptati fuit, quam, quod Te, amores meos atque delicias veteres, videre iterum licuit & amplexari. Recordatus sum saepe tempora, quæ Vitembergæ hærens colloquendo Tecum suavissime transegii. Optavi subinde, ut reddereris mihi aliquando. Redderis ergo nunc, & quidem, nisi me omnia fallunt, melior longe, doctior, jucundior, gravior, quam olim fuisti. Auxit nempe eruditionem Tuam consuetudo cum doctis, & lectio assidua bonorum auctorum. Firmarunt judicium scholæ, quas aliis non sine laude aperuisti. Acuit ingenium exercitatio fori. Expolivit mirifice mores Lipsia, in qua vixisti diu, mater illa elegantiarum. Igitur, quamvis olim insigniter delectatus fuerim familiaritate Tua, nunc tamen maximus cumulus ad eam, qua Te prosequor, amicitiam accessit.

Inter

Inter cetera vero, quæ in Te suspicio, non minimum est integritas Tua & bona fides. Perspexi hanc & ex confitanti Tua in me benevolentia, & ex hoc ipso, quod nunc in lucem edis, scripto. Exposuisti olim publice, me præsidente, jura singularia equitum Saxonorum. Pollicitus sum es jura etiam singularia equestrium prædiorum. Diu credidi, oblitum Te promissorum de aliis rebus cogitare, &c. ne quid dissimulem, dolui nonnunquam, spem istam nobis frustra factam fuisse. At nunc, memorem Te dictorum & tenacem propositi virum esse, animadverto. Elaborasti argumentum illud de juribus prædiorum equestrium docte, ingeniose, eleganter. Gratulor itaque Tibi laudes, quæ laborem Tuum certissime consequentur. Gratulor honores, quibus ab Ordine nostro ob merita Tua ornaris. Gratulor dignitates, quas præsentibus maiores imposterum sine dubio nancisceris. Quod reliquum est, serva eum, quo me hucusque amplexus es, amorem, &c. meum erga Te animum eundem semper futurum esse, Tibi persuade.

Vale. Helmstadii Pridie Kal. sextil. anni

ccccxxix.

1512

X2424248

V078

ULB Halle
006 771 149

3





1718, 7a 8

Q. D. B. V.

DISSESSATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE

**IVRIBVS PRAEDIORVM
NOBILIVM**
IMPRIMIS

SAXONICORVM
QVAM

AVSPICIS DIVINI NVMINIS
DECRETO ET AVCTORATATE ILLVSTRIS
INALMA IULIA ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

AVGVSTINO LEYSERO
IVRECONSVLTO ET IN GVELPHERBYTANO
TRIBVNALI ADSESSORE
ORDINIS SVI DECANO
PATRONO AC PRAECEPTORE SVO VENERANDO
PRO SVMmis IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQUENDIS

IN IVLEO MAIORI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
AD D. X. AVG. QVI LAVENTIO INFASTIS SACER EST,
ANNI M DCC XIIII.
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS

JOANNES ADAMVS LAVENTIVS,
ADVOCAT. ORDIN. REGIMINIS SAXO-MERSEBURGICI
LVBENENSIS ET LIPSIENSIS.
HELMSTADII, TYPIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.